MOabita, moderatus, modeſtinus, modialis, modimperator, mœchia id eſt adulterium, molaris, molendinum, moletrina, molile, molitor à molior, ut etiam molitus & molimen ab eodem verbo, mollitudo, mollitus, mollugo, molochites, *Molucæ* inſulæ, *Molion*, *Molorchëus* adjectivum, *Molybdea*, molybditis, *Molybdodes*, *Molyrus*, *Momolenus*, monachilis habitus, monachium, hoc eſt, ſodalitium Monachorum, *Monæſes*, *Moneſus*, moneta, moniales, monile, monocolon, monochroma, *Monœcus*, monoptoton, *Monotheliæ*, monſtroſus, *Montanus* & *Montinus*, *Mopſeates*, *Mopſucrene*, *Mopſueſtenus*, moralis, moratus, moretum, mormyres, moroſus, morſicatim, morticinus, *Moſambicum*, *Moſchopulus*, *Moſyni* vel *Moſynœci*, *Motene*, *Mythone*.

Corripiunt Penultimam

Mobilis, mobiliter, moderor, *Modia*, modicus, modulor, *Mœragetes*, *Moguntia*, *Moguntiacus*, molitor & molitus à molo, mollicomus, molliculus, molochinus, *Molpadia*, *Monachium* urbs ut vulgò omnes, monachicus, *Monachi*, monadicus, monarchia, monarchicus, monaſterium, monedula, monitor, *Monica* ſeu ut alii *Monyeha*, *Monobeli*, monoceros, monodia, *Monodus* Pruſiæ filius, monoculus, monogamia, monogamus, monomachia, *Monomachus*, monometrum, monomœria, *Monometapa*, *Monomus* ut quidam, quid ſi ab ὦμος deſcendat?

ſcendat ? monopatium, monophagus, monopodium, monopolium, *Monoſceli*, monoſtichum, monoſtrophus, monoxylus, monſtrifer, monticola, montivagus, *Monychus*, *Monyme*, *Monymus*, *Mopſopia*, * *Mopſueſtia*, *Moravia*, morbidus, mordacitas, mordicus, *Morgentia*, morganiticum, moriger, *Morini*, morio, mormylus, morologus, *Moſaïcus*, *Moſchion*, † *Moſeus* ſubſtantivum ſi diſſolvas ut etiam *Moyſes*, mortalitas, mortarium, mortifico, *Motya*, motylæ. [* *Græc.* Μοψουεστία. *N. urbis.*] [† *Corrigend. ideo Juvenc. qui producit. Labb. Analect. proſodic. at forte non tam quod producit ſecundam quam corripit primam nam Gr. eſt* Μωϋσῆς.]

M U, *&c.*

Producunt Penultimam

MUginor, mugitus, mulcedo, mulctrale, mulierosus, mulſura, multigrumus, multinodus, multinumus, multipartitus, multitudo, mundanus, municipalis, munimen, munitus, muræna, muralis, muratus, *Muretus*, murinus, *Murranus*, *Muſæus*, muſcoſus, muſeum, muſivus, muſtela, muſtelinus, mutilatus, *Mycalëus* adject. *Mycenæus*, *Mycene*, *Mycerinus*, *Myoneſus*, myopes, *Myrcinus*, myrica, *Myricus*, *Myrina* urbs, *Myrini* campi, myrmecites, *Myronus*, myropola, myrrhatus, myrrhites, *Myrtea* urbs, myrtetum, *Myrtoüs*, myſtagogus & fortè *Myzinum.*

Corripiunt Penultimam

Muccinium, mucidus, *Mucius*, mugilis, mulieres, ne te inepti decipiant Grammaticuli, *Mulciber*, muliebris, mulio, mulionicus, mulleus, multangulus, multeſimus, multibibus, multicolor, multifidus, multiforatilis, multiforis, multigenus, multijugus, multiloquus, multimodus, multipeda, multiplex, multiplĭco, multitia, multivagus, multividus, multivira, multi-

vol

volus, multopere, *Mulucha* tamen ut volueris, *Mummius*, munditer, munero, municeps, *Municipia*, munificus, munuſculum, murænula, *Murcia*, murcidus, muria, muriaticus, muribrachia, muriculus, murmuro, murrhinus ſive myrrhinus, *Murtia*, *Muſagetes*, muſaïcum ſeu moſaïcum opus, muſalon, muſcarius, muſcipula, muſculus, muſica, muſimon, muſſito, muſtaceum, *Muſtiola*, muſtricola, *Mutala*, mutilo, mutilus, *Mutina*, *Mutius*, *Mycale*, *Mycone* ſeu *Myconus*, mygale, *Mygdonia*, *Mygdonides*, *Myiagros*, *Mylamachus*, *Myndones*, myoctonon, *Myonia*, myophonon, *Myrgeta*, myrepſica, myrias, *Myrinus* proprium nomen, myriogeneſis, myriſtica, myrmecia, myrmecias, *Myrmecides*, myrmecoleon, *Myrmidones*, myrobalanon, myrobrecharius, myropolium, myrotheſium, myrrhinus, *Myrſilus*, *Myrſinus* urbs, *Myrtale*, *Myrtea* Venus, myrtidanum, *Myrtilus*, myrtinus, *Myſia*, *Myſtalides*, myſterium, myſticus, mythiſtoria, mythologia, mythologus, mytilus.

N A, *&c.*

Producunt Penultimam

NAAMANES, *Nabarzanes*, *Nabathæus*, *Nacole*, *Nacolia*, *Nannetæ* ſeu *Nannetes*, *Nanterus*, nænioſus, *Napeæ*, *Narbona*, *Narona*, *Narthecis*, *Naſamones*, *Naſica*, *Naſidianus*, naſutus, natalis, natator, *Nathinei*, nativus, natura, navalis, nauclerus, *Nauclides*, *Naucydes*, *Nauſiclides*, *Nauſinicus*, *Nazaræus*, *Nazarenus*, *Nazianzenus*, *Neandria*, *Neopolita*, nebrites, *Nebrodes*, nebuloſus, necromantia ſeu necyomantia, negotioſus, *Nelëus* adjectivum, *Nelides*, *Nemea* ludi, & *Nemeus* Jupiter apud Pauſaniam, *Nemeæus*, *Nemetes*, nemoralis, *Neobule*, *Neobulus*, *Neoclides*, *Neodunum*, *Neocorus*, *Neocæſarea*, *Neontichos*, *Neotechitæ*, *Nepheleis*, *Nepheſinus*, nephritis

nephritis ſeu nephreſis, *Nepthalita*, *Nepotianus*, nepotor, *Neptunine*, *Neptunus*, nequaquam, *Nereis* quamquam anceps ſit in carmine, *Nerëus* adjectivum, *Nerine*, nerium pecus, *Neritæ*, *Neronianus*, nervoſus, *Neſeæ*, *Neſiope*, *Neſope*.

Corripiunt Penultimam

NAAMAN, *Nabathæ*, nablium, *Nacones*, nænia, *Nævius*, *Nævolus*, *Naïas* & *Naïades*, *Naïcus*, *Namphanien*, narciſſinus, narcoticus, nardinus, *Narnia*, *Narſeus* ſolet enim diſſolvi, *Nartalus*, narthecium, *Narycium* & narycia pix, *Naſamonius*, *Naſium*, naſturtium, *Natalia*, natatilis, *Nathanael*, *Naubolides*, nauclericus, *Naucrates*, naucraticus, *Naucratis*, navia, navicula, naviculor, navifragus vel naufragus & naufragium, naviger, navigo, navita, naviter, *Navius*, *Naulochum*, *Naupliades*, *Nauplius*, nauſeo, *Nauſicaë*, *Nauſimenes*, *Nauſithoüs*, nautea, nauticus, nautilus, *Naxius*, *Nazareth*, *Nazarius* & apud Prudentium *Nazareus*, *Neapolis*, *Nebrophone*, nebrophonus, *Nebridæ*, nebula, nebulo, neceſſitas, necrologium, necromantici, nectarëus & *Nectarius*, necubi, necydalus, negligo, *Neium*, *Nemauſium*, *Nemeſis*, *Nemeſius*, nemorivagus, neocori, *Neocles*, neogamus, *Neolaïda*, *Neomadia*, *Neomagus*, neomenia, *Neomyſia*, *Neophron*, neophytus, *Neoptolemus*, neotericè, *Nepeta*, nephalia ſacra, *Nephele*, *Nepheleias*, *Nephelococcygia*, *Nephthalim*, nepotulus, *Neptunius*, nequiter, *Nereides*, *Nericius*, *Nerienе* & *Nerio*, *Neritus*, *Nervii*, *Neſtabus*, *Neſtoreus* & *Neſtorius*, *Neurobatæ*, *Neuſtria*, neutiquam, neutrobi, nexilis.

NI, &c.

Producunt Penultimam

NIcæa, *Nicanor*, *Nicator*, *Nicerotianus*, *Nicetas*, *Nicodamus* ſeu *Nicodemus*, *Nicolaus*, *Nicomedes*, *Nicomedia*, nigellatum, nigredo, *Nigrinus*, *Nigritæ*, *Nilammon* meliùs *Nilammon* etiam producto crementó, nimirum,

rum, *Ninivita*, *Ninoëtes*, *Niobæus*, *Niphæus*, *Niphates*, *Niſæa*, *Niſibenus*, *Niſyrus*, nitela, nitelinus, *Nitocris* regina, nitratus, nivoſus, nivalis, nocivus, noctuinus, *Noctiluca*, *Nodinus*, nodoſus, *Noëmi* ut quidem vulgò, *Nomion*, *Nolanus*, nomenclator, *Nomentanus*, *Nomion*, *Nomienum*, *Nonacriates*, *Nonacrine*, nongeni, *Nonnoſus*, noſocomium, *Notkerus*, novale, *Novatianus*, *Novatus*, novelletum, noveni, novercalis, *Novibodunum*, *Novocomum*, noxialis, nubiloſus, nucata, *Nucerinus*, nucipruna, *Numana*, *Numanus*, *Numantinus*, numeroſus, nummatus, nundinalis, *Nurſinus*, nutricor, *Nycteis*, nyctoſtrategi, nymphæa, nympheum, *Nymphodora*, *Nymphodorus*, *Nyſæus*, *Nyſſenus*.

Corripiunt Penultimam

Nicænetus, *Nicaſia* & *Nicaſius*, *Nicatoris*, *Nicagoras*, *Nicarete*, *Nicaſipolis*, *Nicephorion*, *Nicephorus*, *Niceros*, *Niceratus*, niceterium, *Nicia* in Salyis, *Nicias*, *Nicocles*, *Nicocrates*, *Nicocharis*, *Nicocreon*, *Nicoleos*, *Nicomachus*, *Niconia*, *Nicophanes*, *Nicophon*, *Nicopolis*, *Nicoſtrata* & *Nicoſtratus*, *Nicoteles*, nidifico, nigrefit, nigrico, nihilominus, nihilum, ſaltem vulgò, nam aliter Obertus Giſanius, *Niliacus*, *Niloticus*, ninguidus, *Ninive* ita paſſim omnes, *Ninoë*, *Niobe*, *Niſcius* adjectivum, *Niſibilis*, nitedula, nitidus, *Nitiobriges*, nitraria, *Nitria*, *Nobiliacum*, nobilis, nocticolor, noctifer, noctivagus, noctividus, *Nomades*, nomocanon Photii, nomarchia, nominito, nomino, *Nomophylax*, *Nomotheta*, *Nonacris*, nonaria, *Nonius*, *Norici*, *noricum*, *Northmannia*, *Norvegia*, notabilis, notaculum, notifico, *Notius*, novacula, *Novaria*, *Novempopuli*, novemſiles, novitas, *Novomagus*, noxia, nubecula, nubigena, nubilis, nubilus, *Nuceria*, nucifrangibulum, nucinus, nuciperſica, nudipedalia, nuditas, nugigerulus, *Numantia*, *Numatius*, *Numenius*, numeroſitas, numerus, *Numicus*, Numida, Numidia, numidicæ,

midicæ, *Numitor*, nummarius, nummulus, nuncupo, nundinæ, nundinor, *Nunilo*, nuperus, *Nurſia*, nutricula, nyctalops, *Nyctelius*, *Nyctëus*, nycteris, nycticorax, *Nyctilus*, nyctilops, *Nyctimene*, *Nymphidius*, *Nyſigena*. [*Et tamen hunc verſ. ex Mamert. citat Smet.* Extremumque diem fugit bene verſa Ninive, *& alium habet Labb. in Analect. proſodic.* Flere Deo doceat fletu ſervata Ninive.] [Nucinus *quod ſcimus nuſquam legitur, aut ſi legitur produc. penult. quia Latina eſt origine.*]

O B, *&c.*

Producunt Penultimam

OBÆRATUS, *Obareni*, obater, obduco, obduro, obedi & obeſus ex compoſito verbi edo, obedis, obedit & obedi ab obedio ſeu obaudio, obaudio, objeci, obivi, oblatus, obligurit, oblimo, obliquus, oblitus ab obliviſcor, obludo, obnitor, obnubo, obrepo, obretit, obretitus, obrodo, obrupi, obryzum aurum, obſaluto, obſceno, obſcuro, obſcurus, obſedi, obſoletus, obſepit, obſonor vel opſonor, obſtetrico, obſtipo, obſtipus, obſtrigillator, obtrudo, obturo, obtuſus, obtutus, obvolutus, occaſus, occido à cædo, occludo, *Oceanitis*, *Ocelis*, ocellati, ocreatus, *Ocriſa*, octaëteris, *Octavianus*, octavus, october, *Octodurum*, octoëchus, octogenus, octonus, oculatus, odeum, *Odites*, odoror, odorus, *Odrada*, *Odyſſea*, *OEbotas*, *OEclides*, *OEdipodion*, *OEnanthea*, *OEnides*, *OEnone*, œnopola, *OEnotrus*, officialis, officina, officioſus, offuſus, *Oïlëus* adjectivum, *Oïlides*, *Olaüs* magnus, *Olaüus*, olearis, oletum, oliva, olivetum, olivum, *Olizones*, *Olmiros*, ololygon, olorinus, oluſatrum, ſi quidem ut volunt unica ſit dictio, *Olympiodorus*, olympionicæ, olyra.

Corripiunt Penultimam.

OARION, *Oasus*, *Obades*, obagito, obambulo, obaro, obbibo, obedo, obelus, obequito, *Obdulia*, objacet, objicit, obiter, obitus, oblatro, obligo, oblitero, oblitus ab oblino, oblivio, obloquor, obmurmuro, obnato, obnubilo, obolus, oboritur, obriget, obrutus, obsaturo, obsecro, obsequor, obsero, obsidet, obsitus, obsodædali, obstaculum, obstetrix, obstino, obstrepo, obstrigilo si tamen à strigilis, * obstupefacit, obstupet, obtego, obtempero, obtero, obticet, obtinet, obtudi, obtuitus, obvenit præsentis, *Ocalea*, occido à cado, occino, occipit, occiput, occubitus, occulo, occupo, *Oceanus*, *Ochenius*, ocimum, *Ocinarus*, ocrea, *Ocrisius*, octangulus, octaphorum, octaplæ Origenis & octaplæ vestes, octapus, octipes, octogesimus, octuplus, *Octavius*, oculitus, oculus, *Ocyalus*, *Ocypete*, *Ocyroë*, ocyor & ocyssimus, *Odilo*, *Odius*, *Odones* populi, odorisequus, *Odrysæ*, *Odrysius*, *OEagrus*, *OEbalio*, *OEbalides*, *OEchalia*, œconomia, œconomus, *OEcumenius*, œcumenicus, *OEdipodes*, *OEdipus*, *OEdipodionides*, œnanthinus, *OEniadæ*, *OEnoë*, *OEnomaus*, œnophorum, *OEnopia*, *OEnopides*, *OEnopion*, œnopolium, *OEolycus*, *OEnotrides*, *OEnotrius*, œsophagus, *OEsyma*, œsypum, *OEsylus*, offendiculum, offero, officit, offuciæ, *Ogenidæ*, *Ogenus*, oggannio, oggero, ogdoas, *Ogdous*, *Ogulina*, *Ogyges*, *Ogygius*, *Ogyris*, *Oiliades*, *Olbia*, *Olbiades*, *Olbiopolis*, oleaginus, *Olenia* capra, *Olenus*, *Olerus*, *Oliarus*, *Olybrius*, olidus, oligarchia, olitor, olivitas, *Olorus* rex, *Olphicus*, oluscum, *Olympias*, *Olympiades*, *Olympicus*, *Olympiosthenes*, *Olynthiacus* & *Olynthii*. [* *At nihilominus nos Angli docemur aoutre penultimam.*]

OM, *&c.*

O M, &c.

Producunt Penultimam

O*Manitæ*, omaſum, *Ombritæ*, ominoſus, omiſi, *Omius*, omnino, omphalomantia, *Onaſſimedes*, *Onatas*, *Oniteis*, onitis, *Onium* templum Judæorum in Ægypto, oneroſus, *Onetor*, *Ononis*, onychites, onychomantia & oomantia, opaco, opacus, operator, operoſus, *Ophias*, ophietis, *Ophion*, *Ophitæ*, *Ophitea*, ophites, *Ophiuchus*, *Ophiuſa*, *Opimianus*, opimus, opinor, *Opiterginus*, *Opites*, *Oportuna*, oporotheca, oppedo, *Oppianus*, oppidanus, oppidatim, oppilo, opportunus, *Opſidianus*, * opſimathia, opſoner, *Optatus*, optivus. [* *Gr.* ὀψιμαθεία & ὀψιμαθία *ut volueris igitur.*]

Corripiunt Penultimam

Ombrici, ombria, *Ombrios*, ominor, *Ommatius*, omnicolor, omnigena, omnimodus, omniparens, omnipotens, omnitenens, omnituens, omnivolus, omnivorus, * omophagia, omoplatæ, omphacinus, omphacion, †*Omphale* ſeu *Omphalee* dicas, onager, onero, *Onkelos*, *Oneſicritus*, *Oneſimus*, *Oneſiphorus*, *Onetorides*, *Onias*, onobatis, onocardion, onocrotalus, *Onomacles*, *Onomacritus*, onomaſticon, onychinus, opacitas, opalium, opalus, opera, operit, operor, *Opelicus*, operculum, *Ophiogenæ*, ophiomachus, *Ophioneus*, *Ophiophagi*, ophioſcorodon,

[* *N. Plur. G.* orum.] [† *Scripſit vel* Omphalee *quia dubitabat an aliter conſtare potuerit carmen illud quod Propertius habet, l. 3. eleg. 10.* Omphale in tantum forma proceſſit honorem. *Sed ſatis frequens eſt omiſſio Synalœphæ apud veteres Poetas & Græcorum more, ſi opus eſt corripere vocalem longam in fine dictionis ob vocalem quæ ſequitur in prima dictione, vid. Addenda infra.*]

ophioſtaphyle, *Ophiuſius*, *Opheltius*, ophthalmia, ophthalmias piſcis, ophthalmicus, opici, opifer, opifex, opiparus, *Opiſtocomæ*, opiſtographum, opiſtophylaces, opiſtotonicus, *Opiter*, *Opitergium*, opitulor, opium, opobalſamum, opopanax, oporice, *Oporinus*, opperior, oppeſſulo, oppeto, *Oppianicus*, oppico, *Oppidius*, oppidò, oppidum, oppignero, opprimo, opprobro, oppoſitus, opſophagus, opſonium, opticus, optimus, *Opuntia*.

O R, *&c.*

Producunt Penultimam

ORama id eſt viſio, orata, orator, *Orbanus*, orbatus, *Orbelus*, orcyni piſces, *Orcinus* Libertus, unde * orciniana ſponda, *Ordivices*, ordinatus, *Oreas*, *Orgilaus*, orgyia ulna, origo, †*Orion*, *Oritæ*, *Orithios*, *Orithyia*, oriturus, *Orius*, ornatus, *Orneatæ*, ornithon & in plurali ornithones, ornithotrophium, *Oroates*, *Orodes*, *Oroëtes*, *Oronteus*, *Oropus*, *Orphëus* adject. *Orphnæus*, *Orthona*, *Orthoſis*, * ortygometra, oryza, oſcedo, *Oſiris*, *Oſmana*, *Oſroëni*, *Oſſæus* ab Oſsâ monte, oſſilago, oſſipago, & fortè *Oſſipagina* Dea, *Oſteodes*, oſtiatim, oſtracites, oſtrëus ſeu oſtrinus ab oſtro ſeu potiùs ab oſtreis ipſis quæ Græcè ὄστρια & ὄστρεια, *Oſuinus*, *Otanes*, *Othronus*, otioſus, ovalis, ovatus, *Ovetum*, ovile, ovinus, *Oxyrynchitæ*, oxymyrſine, oxyporopolæ, oxycratum. [* *Mart. lib.* 10. *epig.* 5.] [† *Apud Græc. aliquando corripitur, Eurip. Jon.* 1153.] [* *Gr.* ὀξυγομίτεα.]

Corripiunt Penultimam

Oraculum, orarium, orbicus, orbiculus, *Orbilius*, orbita, orbitas, *Orcades*, *Orchamus*, *Orcheſtopolis*, orchites, *Orchius*, *Orchoa*, *Orchomenus*, orcius, ordino, *Oreades*, orea, *Oreos*, *Oreſtia* urbs, *Oreſtiades*, *Oretæ*, organicus, organum,

organum, orgia ſacra, *Oribaſus* & *Oribaſius*, *Oricius*, *Oriculus*, *Oricus*, origanum vel origanus, *Origenes*, *Orithias*, *Ormenides*, *Ormenium*, *Ormenos*, *Orneæ*, * orneoſophium, *Ornitus*, *Oroba*, *Orobatis*, orobus, *Oromenon*, *Oropii*, orophus, *Orphaïci*, orphanus, orphitus, *Orſilochus*, *Orſines*, *Ortalus*, *Orthagoras*, orthodoxia, orthographia, *Orthopolis*, orthopnoïcus, *Ortilochus*, *Ortygia*, ortyges, oſcines, oſcito, *Oſmius*, oſculor, oſſeus ab os oſſis, oſſifragus, oſſilegus, *Oſmylus*, oſſuaria, *Oſtia*, oſtreum ſaltem apud Latinos, oſtocopus, oſtricolor, oſtrifer, *Oſtrogothi* quamvis aliqui geminare malint conſonantem minus peritè, otalgia, otalgicus, *Otacilius*, *Othilia*, *Othmarus*, *Othryades*, *Othryſius*, *Otriades*, *Ottorocoræ*, ovicula, *Ovidius*, oxalis, *Oxatres*, *Oxonium*, oxybaphus, *Oxydracæ*, oxygala, oxygarum, oxylapathum, *Oxylus*, † oxymeli, oxyphragus, oxyporum, oxytonus, *Ozias*, *Ozolæ* populi, & ozymum ut q. ſcribunt. [* *Quid ſit* orneoſophium, *neſcio.*] [† *Nec minus docendus ſum quid vult* oxyphragus *forte ſcribendum* oxygraphus.]

P A

Producunt Penultimam

PABULATOR, pacalis, * *Pachynus*, *Pactolus*, *Padei*, *Paduinus*, *Paduſa*, pæanes hymni, pæanites, pædagogium & forte pædagium, pædagogus, pædia, pædomathia, *Pæſtanus*, paganus, *Pagaſæus*, pagatim, † pagurus, *Palæmon*, *Palæſtina*, palæſtritæ, *Palamedes*, palaris, *Palatinus*, palatum, *Palibothreni*, *Palici*, *Palinugus*, paliurus, *Pallanteum*, *Pallene*, palmaris,

[* *Corripiunt autem nonnunquam Græci, vid. Dion.* παγγ.] [† Gr. πάγουρος.]

ris, palmetum, palmosus, *Palmyrenus*, *Paluda*, paludatus, paludosus, *Pamphyli*, panacea, *Panathenæa*, *Panchæus*, *Pandion*, pandochium, *Pandora*, *Pandoræ* populi, *Pandura*, pandurizo, *Pangæus*, pannosus, *Panomphæus*, *Panopea*, *Panopolita*, panselenus, *Panthea*, panthera, pantherinus, * pantocratorenus, pantomimus. [* *Unde habuit hanc vocem Labbeus noster, nescio.*]

Corripiunt Penultimam

PABULOR, pabulum, *Pachomius*, *Pachymeres*, pacifer, pacifico, *Pacorus*, *Pactia*, *Pactias*, pactilis corona, *Padua*, *Pæanius*, *Pædaretus*, pæderos opalus unde pæderotidus color, pædotriba, pægnium, *Pæones* populi, *Pæonia* regio & herba, paganica, *Pagasa*, *Pagasus*, pagina, *Palæbiblus*, *Palæologus*, *Palæpaphus*, *Palæphatus*, *Palæmonius*, palæstricus, *Palamas*, palatha, palear, *Palentia*, *Palibothra*, palilia seu parilia, palingenesia, palinodia, pallaca, *Palladas*, *Palladius*, pallidus, *Palmaria*, palmifer, palmula, *Palmyra* ut eruditiores censent, palpebræ, *Palphurius*, palpito, *Pamia* urbs Galliæ, *Pammerope*, pamphagus, *Pamphilus*, *Pamphylia*, pampinus, panaces, *Panætius*, *Panaretus*, panarium S. Epiphanii, *Panathenaïcus*, pancarpia, *Panchaïa*, *Pancrates*, pancraticè, pancratium, *Pandaria*, *Pandarus*, *Pandaturia*, pandiculor, *Pandionius*, *Pandosia*, *Pandrosus*, pandutium, *Paneas*, panegyris, panegyricus, *Panelos*, *Panemus*, paneros, *Pania*, panicula, panicum, panicus terror, panifica, panniculus, *Pannones*, *Pannonicus*, pannucëus, *Pannychius*, *Panope*, *Panopolis*, *Pantaces*, *Pantænetus*, *Pantagoge*, *Pantagathus*, *Pantagia*, *Panthalis*, pantheon, *Panthoïdes*, *Panthoüs*, *Panticapes*, *Pantilius*, *Pantolabus*, pantologia, pantomimicus, panurgia, *Panyasis*.

PAP, &c.

PAP, &c.

Producunt Penultimam

PApalethra, papatus, papaver, *Paphagei*, *Papinianus*, *Papyrianus*, papyrus, parabolani, parabolizo, *Paracletus* ſive *Paraclitus* eadem enim utrobique ratio, parque origo à παράκλητος, *Paracodas*, paradiſus, paragoge, parallelus, parangaria, paranites, paraphernalis, paraſceve, paraſynagoga, * paraſemon, paraſitor, paraſitus, paraveredus, *Parcæ*, parentalis, parentela, paricida, paricidalis, parietina, *Parnethus*, paroecus, parotis, *Parthaon*, parthenia ſeu parthenones, *Parthenianus*, *Parthenias*, *Parthenopæus*, paſchalis, *Paſſerinus*, paſſivus, paſtoralis, patagiatus, *Patalene*, *Pataræus* per diphthongum, nam ſi per *e* ſimplex ſcribas corripi debet, *Patavinus*, pateſio, patena ſic enim vulgò ut catena, *Laniena*, *Habena*, &c. *Patera* ſacerdos Apollinis apud Veteres Gallos, pathema, patriarchium, patriarchalis Biturigum Eccleſia, patricida, *Patroclides*, patronus, patruelis, pavitum ſolum à pavio, paulatim, *Paulianus*, *Paulinus*, pavoninus, pauperinus. [* *Gr.* παράγαμον *adulterinum.*]

Corripiunt Penultimam

Paphius, *Paphlago*, *Paphlagones*, *Paphlagonia*, *Papia*, *Papias*, papilio, *Papilus*, *Papinius*, *Papius*, *Pappolus*, papula, *Palus*, *Papulus*, papyrifer, *Papyrius*, parabaſis, parabates, parabola, paraclytus id eſt infamis, famoſus, ἢ κλυτὸς aiunt Lexica, parada, paradiſiacus, paradromis, paræneſis, paræneticus, *Paræton*, paragraphus, paralipomena & genitivus paralipomenon, ſi quidem Latinè proferas ut fieri ſolet, paralios, paralogia, * paralus, paralyſis, paralyticus, paraphraſis, *Parapotamia*, paraſi-

[* *Vox Græca* πάραλος *maritimus.*]

paraſiticus, paraſtades, paraſtatæ, paratragœdio, parazonium, pardalios gemma, pardalis, pardalus, parecbaſis, paredri dæmones, parelia, parentheſis, *Pariedri*, parilis, *Pariſii*, pariter, *Parius*, *Parmenas*, *Parmenides*, *Parmenio*, *Parmeno*, parmula, *Parnaſius*, parochia ſeu potius parœcia, parochus, parœmia, paranomaſis, paronychia, paronymon, *Paropamiſadæ*, *Paropamiſus*, *Parrhaſia*, *Parrhaſius*, particeps, participo, particula, *Particulo*, *Parthenia* nomen proprium, *Parthenius*, *Parthenice*, partheuon, *Parthenope*, *Parthenopolis*, *Parthia*, *Parthicus*, parturit, parvulus, *Paryedri* montes, *Paryſatis* ut quidam contendunt, *Paſargadæ*, paſceolus, *Paſeas*, *Paſicrates*, *Paſiphaë*, *Paſiphile*, *Paſithoë*, *Paſitigris*, *Paſſalus*, paſſibilis, paſtino, paſtinum, paſtomis, *Paſtophori*, paſtophorium, patagium, *Patara*, *Patareus*, *Patavium*, † patefacit, patera, *Paterculus*, patheticus, *Pathymias*, patibulum, patina, patriarchicus, *Patrobas*, patrocinor, *Patroclus*, patronymica, *Patrophilus*, *Patulcius*, patulus, pavicula, pavidus, pavito, paupero, *Pauſanias*, pauſia uva, *Pauſias*, *Pauſiacus*, *Pauſilypon* ſi vulgi audias ſententiam, at docui fuſiùs in Elencho Græco penultimam produci debere ex Euripide apud Athenæum, aliiſque conjecturis, paxamatium vel paximas. [† *Acute tamen* καταλογάδην.]

P E, *&c.*

Producunt Penultimam

PEccator, pecoroſus, pectinatim, pectoralis, peculiaris, peculatus, peculor, *Pedæus*, pedalis, *Pedani*, pedatim, pediculoſus, peditatus, pedulis, pejoro, *Pelagianus*, *Pelicanus*, *Pelides*, *Pellaris*, *Pellene*, pellitus, pellucet, *Pelopea*, *Peloponneſus*, peloris, *Pelorus*, *Peluſiota*, *Penates*, penetrale, *Penëus*, fluvius, vox enim verè eſt triſyllaba, nec te fallat Virgilii * verſus è quarto Georgi-

* Georgicon, uſus enim eſt ſynæreſi Poëta, ut ibidem in alvearia, aureo, otii, &c. deinde pervicaces provoco ad codices Græcos, penita offa, pennatus, pentagonus, pentathlum, pentelores, *Penthesilea*, *Penthëus* adjectivum, penulatus, *Pepagomenus*, ut qq. volunt, tamen ut volueris, pepedit, *Pepinus*. [* *v.* 355.]

Corripiunt Penultimam

Pectino, pectitus, pecuaria, *Pedaſus*, *Pediaria*, pedica, pediculus, pediſequa & pediſequus, *Pedius*, * *Pegaſëus*, *Pegaſus*, pejero, *Pelagius*, *Pelagones*, *Pelagonia*, *Pelagon*, pelagus, pelamis, *Pelaſgia*, *Pelates*, *Pelethronii*, *Pelëus* ſubſtantivum, *Peliat* tùm vir tùm haſta, *Peliades*, pellecebræ, pellicit, pellicula, pellacia, pellucidus, *Pelopidas*, *Peluſiacus*, *Peluſium*, † *Penelëus*, *Penelope*, *Penelops*, *Peneius*, *Penatiger*, pendulus, penetro, peniculus, peninſula, penitus, tùm adverbium tùm adjectivum, id eſt, imus ſeu intimus, penſiculo, penſilis, penſito, pentameter, *Pentapolis*, pentecoſtarium, *Pentelicus*, penthemimeris, *Penthilus*, penula, penultimus, penuria, peperi, pepigi, peplographia, pepones, pepuli. [* *Vid. Catul. epigr.* 56. *Gr. autem eſt* Πηγάσιος, *non* Πηγάσους.] [† *Si diſſolvas, ut docetur infra vulgo fieri. Gr.* Πηνέλεος. *Att.* Πηνέλεως.]

PER, &c.

Producunt Penultimam

PEracer, percolo percolas primæ, *Percope* & *Percote*, percudo, *Perdicas*, perdices, perduco, perduro, peredi, peregrinus, peremi, pereruditus, perexilis, perfacetus, *Pergamenus*, *Peribœa*, *Pericletus*, *Peridia*, periculoſus, periegeſis, *Periegetes* Dionyſius Afer, *Perieres*, *Perilaüs*, * *Perilleus*, † peripetia, ‖ peripheria, *Perimedes*, periodeutes,

[* *Gr.* Περίλλειος.] [† *Vox Gr.* περιπέτεια *præcipitantia.*] [‖ *Gr.* Περιφέρεια. *His addas* petrites, petrones.]

tes, *Peripheretus*, peripſema, periſterotrophium, periſtroma, peritus, perjurus, perizoma, perlabor, permano, permiſi, permuto, pernicialis, perones N. P. à pero, peronatus, peroro, peroſus, *Perpinianum*, perpoto, perquiro, perſecutor, *Perſëis*, perſevero, *Perſëus* adjectivum, *Perrhæbi*, perſcribo, perſcrutor, *Perſidæ*, perſona, perſonati, perſpectiva, perſuaſor, pervenor, perveſtigo, *Peruſinus*, *Peſſinus* urbs ſaltem ut nonnulli contendunt, petaſites, petaſitis, petigo, petitus, *Petoſiris*, *Petræa*, *Petrinum*, *Petrocus*, petroma, *Petronas*, petricoſus ſeu potius pertricoſus, *Petreius* vox triſyllaba, petroſelinum, petroſus, pexatus, pezitæ.

Corripiunt Penultimam

Perago, peragro, peraro, *Peratus*, percipit, percitus, percnopterus, *Percoſia*, perculi, percutit, perditus, perdius, perdolitum eſt, peredo, peregrè, peregrinitas, perelegans, perendino, perendinus, perennitas, perfacilis, perficit, perfidus, perforo, perfrico, perfuga, * *Pergamëus*, *Pergamus*, pergraphicus, perhibet, perhoſpita, peribolus, *Pericles*, *Periclymenus*, periclisis, *Periclytus*, pericranion, periergia, periclitor, periculum, perimo, periocha, periodicus, periodus, *Peripatetici* & peripatus, *Periphanes*, *Periphas*, periphraſis, † periplus, peripneumonia, peripneumonicus, periſcelis, periſtereon, periſtylum, quamquam poſſit etiam ni fallor produci & fortè aptius, peritrochium, perlego, perlepidus, perlino, permanet, permolo, pernio, perpendiculum, perperam, *Perperi* fratres, perpeti, perpetim, perpetro, perpetuitas, perpolit, perpulit, perſea, *Perſephone*, *Perſepolis*, perſequor, *Perſicus*, perſonus, perſpicax, perſpicit, perſtino, pertica, pertinax, pertinet, pertolero, pervicax quamquam à vici derivent quidam, peſſimo, peſſimus, *Peſſinun-*

[* *Gr.* Περγάμιος.] [† *Gr.* περίπλους. *His addas* periſterios, periſtylium, peritrachelion, perperus.]

Peſſimuntius, peſtifer, peſtilens, peſtilitas, peſſulus, peſſumdatus, perterricrepus, pervigil, pervigilium, pervolito, *Peruſia*, *Petale*, *Petalus*, petaminarius, petaſo, petaſunculus, petaſus, *Peteon*, *Peteron*, *Perilia*, petilus ut vulgò quidem ſentiunt nam Videſis Appendicem Elenchi noſtri, petimen, petiolus, petoritum, *Petagorici* ita enim fert vulgaris pronuntiatio, petroboli, *Petrocorii*, *Petronius*, petulans, *Peucanees*, peucedanum, *Peucetia* quibus adde petrinos Judæorum cultros apud Auguſtinum.

PH, &c.

Producunt Penultimam

PHæaces, *Phæacus* adjectivum, phæcaſiatus, *Phaëthontëus*, *Phaëtuſa*, phagedæna, phalangites, *Phaleræ* portus Athenienſis unde, ut iambicum Phædri uſurpem, *Demetrius qui dicitur Phalereus*, phaleratus, *Phalore*, *Phanaces* apud Auſonium ſeu potiùs *Phanates*, *Phanæus*, *Phanagorëa*, *Phanodemus*, pharetratus, *Phariſæus*, *Pharitæ*, pharmacopola, *Pharmacuſa*, *Pharſalus*, *Phaſaëlis*, *Phaſelites*, *Phaſelis*, *Phaſelus* ſeu *Phaſaëlus* & phaſelus, *Phaſianus*, *Phaſimelus*, *Phavorinus*, phengites, *Pheræus*, *Pherbatas*, *Phereclëus* adjectivum, * *Pherecides*, *Pherenice*, *Phereſæus*, *Phicion*, *Phicolus*, *Phigalea*, *Philadelphia* de qua voce ne quæſo Calepinum conſulas, philalethes, *Philamon*, *Philanor*, philanthropus, *Philebus*, *Philemon*, *Philetærus*, *Philetas*, *Philetus*, *Philiatrus*, *Philinus*, *Philippëus*, *Philoctetes*, *Philodemus*, *Philodulus*, *Philolaüs*, philomela, *Philomelus*, philomuſus, philonicus, *Philopemon*, *Philopœmen*, *Philopolites*, *Philoromus*, *Philotas*, *Philotherus*, *Philotimus*, *Philyreus* ſeu *Philyræus*, *Phinëus*, *Phlegethontëus* & *Phlegræus* quatuor adjectiva,

 Phobetor,

[* *Addas etiam* Pherecidëus. *Cicer. de Nat. Deor.* phatias. *N. Serpentis.* Lucan. 9.]

Phobetor, *Phocæa*, *Phocuſa*, *Phœbëus*, *Phœnices*, *Phorbimus*, *Phorcynis*, *Phoronëus* adjectivum, *Phoronides*, *Phoronis*, *Photinus*, *Phraates*, phreneſis vel phrenitis, phroneſis, *Phryxëus* adjectivum, *Phthiotis*, phycites, *Phycuſa*, *Phygalea*, *Phylaceus* adjectivum, *Phylides*, phyſeter, phyſiognomon.

Corripiunt Penultimam

Phæacia, phæcaſius, *Phædimus*, *Phænagora*, *Phænicia*, *Phæocomes*, *Phaëthon*, *Phaëthontiades*, phagedænicus, phageſia, phagolidorus neque enim à φάγος ut imperiti exiſtimant, *Phaïnus* Aſtrologus, phalacrocorax, phalangium, phalarica, *Phalaris* vir q. nono Æneidos, phalera, * *Phalereus* ſi diſſolvas ne quæſo te indocti ſuas in partes obtorto pertrahant collo, *Phaleucius* vel *Phalacius*, *Phamenoth*, *Phanias*, *Phanocles*, *Phanogora*, *Phanium*, phanaticus, phantaſia, phantaſticus, *Pharao*, pharetra, pharicon, pharmacotriba, pharmacotrophi, pharmaceutria, pharmacum, *Phariſeïcus*, *Pharius*, *Pharnaces*, *Pharſaliæ*, *Pharſalicus*, *Pharuſii* vel *Phauraſii*, *Phaſias*, *Phaſiacus*, phaſganium, *Phelethi*, phellodrys, phellopodes Luciani, *Phemonoë*, *Pheneus* lacus vox triſyllaba, *Pherantiades*, *Phereclus*, *Pherecrates*, pherecratius, *Pherecyades*, pheretrum, phiala, phidiacus, *Phidias*, *Phidile*, *Phidolas*, *Philagrius*, *Philagrus*, *Philandrides*, *Philaretus*, philargyria, *Philargyrus*, philautia, *Phileas* licet repugnet nonnemo, *Phileros*, *Philippicus*, *Philippides*, *Philippopolis*, *Philiſtides*, *Philiſtion*, *Philochares*, *Philochorus*, *Philocles*, *Philocrates*, *Philimatius* & *Philematium*, philocalia, *Philocomaſium*, philocharis, philologus, *Philopator*, *Philomenus*, *Philoponus*, philoſophor, philoſophia, *Philoſtephanus*, *Philoſtratus*, *Philopæmenes*, philoſomatus, philoſtorgia, *Philoterus* ut ſentit quidam, *Philoxenus*, *Philothea*, *Philyra*,

[* *Et diſſolvitur in illo* Phædri *Iam. ſupra citato* Demetrius qui dicitur Phalerëus.]

Philyra, *Philyres*, *Philyrides*, *Philumena*, philuranus, phlebotomia, *Phlegethon*, *Phlegyas*, *Phliaſii*, * phlyacographus, *Phocaïcus*, *Phocaïs*, *Phocion*, *Phocylides*, *Phœbigena*, *Phœniceus* ſeu *Phœnicius*, *Phœnicides*, phœnicopterus, *Pholoë*, *Pholoëticus*, *Phormio*, *Phoſphorus*, phreneticus, *Phroneſium*, phrygio, *Phrygius*, *Phrynichus*, *Phthioticus*, *Phthiriophagi*, phthiriaſis ut quidem vulgò ſentiunt, Videſis tamen quid in Elencho Græco obſervavimus, phthiſicus, *Phylace*, *Phylacides* phylacterium, *Phyllodoce*, phyſica, *Phyſicus*, phyſiognomonia, phyſiologus, *Phyromachus*, *Phytalus*. [* *Seu* phlyarographus. *addas* pherea.]

P I, *&c.*

Producunt Penultimam

PIcatus, *Picentinus*, *Picenus*, *Picenum*, piceatus, *Pictavum*, pictura, * *Pilatus*, pileatus, *Piletus*, piloſus, *Pimplea*, pinacotheca, pinguedo, pinnatus, *Pinnoſa*, pinnotheres, *Pinytus* ſi Gavantum audis, *Pipinus*, pirata, *Piræeus* vel *Pyræus*, Græcis vox ſemper triſyllaba, *Pirene*, piſcator, piſcina, piſcoſus, *Piſæus*, *Piſenor*, *Piſidorus*, piſſoceron, piſtrinum, *Pithecuſæ*, *Pithenor*, *Pitheus* adject. *Pithodemus*, pituita, pituitoſus, *Pityea*, pithyonices, *Pityuſæ*, placatus, *Placentinus Placideianus*, *Placidina*, plagoſus, planeta apud Eccleſiaſticos, *Planetæ*, *Planudes*, plaſmator, *Platææ*, *Platamodes*, platea id eſt vicus, licet corripuerit licenter Horatius, platycerotes, *Plautinus*, plebeius vox triſyllaba, plebiſcitum, *Plecuſa*, plerique, pleureſis vel pleuritis, *Pliſtonax*, *Pliſtonices*, ploratus, *Plotine*, *Plotinus*, plumbago, plumbatæ, plumbatura, plumoſus, plurativus, pluvialis. [* *Nonnus autem in Joh. duodecies corripit. in uno capite, quod mireris potius quam imiteris.*]

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

Piabilis, piaculum, picrocholi, *Pictavicus*, *Pictones*, *Pielus*, pietas, *Pieria*, *Pierides*, *Pieris*, pignero, pigrito, ut quidem habent Hymni etiam emendati, à pigreo quippe dimanat, non pigrio, ut quoſdam ſciolos moneam, pilicrepus, pileolus, pilula, *Pimpleiades*, pinacographus, *Pinarius*, *Pinarus* fluvius, pindaricæ odæ, *Pindarus*, *Pindaſus*, pinifer, pinniger, pinnirapus, pinnophylax, pinſito, *Piperion*, pipilo vel pipito, piraticus, *Pirithoüs* ſeu *Pirithus*, piſciculus, *Piſias*, *Piſidæ*, *Piſidia*, *Piſiſtratidæ*, *Piſiſtratus*, piſtacium, * piſticus, *Piſtorium*, *Pitane*, *Pitholeon*, *Pittacus*, † pittaciolum, *Pittheius* adjectivum Poëticum, placabilis, *Placentia*, *Placidus*, placitus, plagiarii, plagipatidæ, plagium, plagula, *Plaguſiæ*, *Planaria*, *Planaſia*, planiloquus, planipes, plaſtice, platanon, platanus, *Platea* locus Hiſpaniæ, platea ſeu platalea avis, *Platina* Hiſtoricus ut plures ſentiunt, platoniæ ſeu platinæ in rebus Eccleſiæ, *Platonici*, plebecula, plectripotens, *Pleiades*, *Pleione*, *Plemmyrium*, pleraque, pleuriticus, *Pleuronius*, *Plinius*, pliſtarchia, *Pliſthenes*, *Pliſthenius*, *Pliſtoanax*, pliſtolochia licet dubio locus eſſe poſſit, *Plotia*, *Plotius*, ploxemum, plumipes, plurimus, pluteus, *Plutonius*, pneumatici, *Pneumatius*, *Pneumatomachi*, ‖ pneumone, pneumonicus. ‖[* *Gr.* πνευμονικός.] [† *Forte vult* pittacium.] [‖ Pneumone *in N. nuſquam lego, poteſt aut eſſe Abl. à* pneumon, onos.]

P O, *&c.*

Producunt Penultimam

POdalea, * poderes, poëma, poëſis, *Poëta*, pœnitudo, polaris, *Polenor*, *Poliorcetes*, *Polites*, politia, politus, *Pollentinus*, *Pollita*, pollubrum, pollucet, pollutus, *Poloni*,

[* *Gr.* ποδήνης *ut* ποδήνης πώγων *barba ad pedes uſque promiſſa.*]

Poloni, *Polyænus*, *Polyaratus*, *Polybetes* & *Polybotes* Gigas, † polycandelum, *Polycaon*, *Polyclea*, *Polycletus*, polycnemos, *Polydeucea*, *Polydorus*, *Polygiton*, *Polygnotus*, polygonoïdes, polygonus ab angulis, *Polymnea*, polymythus, *Polynices*, *Polypemon*, *Polyphemus*, polypoſus, polyptoton, polyſemus, *Polytimetus*, *Polytimus*, *Polyzelus*, *Polyzonus*, *Pomerani*, *Pomona*, pompeianus, *Pompeius*, *Pompelona*, ponderoſus, *Pontilianus*, *Pontinus*, * pontogephyra, popina, popino, *Poppæanus*, porcinus, porculetum, *Porphyrogennetes*, *Porphyrogennetus* ſeu *Porphyrogennitus* (ſic enim Doctiſſimi viri, Conſtantini, aliorumque Imperatorum nomina Græcæ origini propiùs Latinè reddiderunt: *Porphyrogenitus* enim penultimâ brevi, ut vulgò jactant, vocem, jam inde à Luitprandi temporibus Latio donatam, licet damnare non auſim lege de Peregrinis, cùm ex Porphyrâ Palatio, & verbo gigno, derivari poſſit, fateor tamen libentiùs me eorum partes ſequi, qui tritam vulgò pronuntiationem deſerunt) porrigo nomen, portulaca, *Portunus*, portuoſus, *Poſides*, *Poſidcum*, poſſedi, *Poſthumianus*, poſticum, poſtilena, poſtpono, poſtremus, poſtridianus, potamogiton, *Potentianus*, *Pothinus*, potitus potiris & potitur ſaltem in ſolutâ oratione. Quam in rem Videſis facetam atque elegantem ſancti Aviti Viennenſis Præſulis epiſtolam; ut vel inde faſtidioſi diſcant minutias iſtas ſummis viris quandoque placuiſſe. [* *Videtur hoc Græco Latinum vocabulum è miſſali aliquo vel rituali eſſe depromptum & ſignificare locum aliquem ubi multæ candelæ ſunt accenſæ, nam in Claſſicorum ſcriptis non reperio.*] [† *Vox* hybris *ex* pons tis, *&* γάμος *extra hunc locum ubi reperiunda, neſcio.*]

Corripiunt Penultimam

Poculum, podager, podagra, podagricus, *Podalirius*, podium, *Pæantius*, *Pæcile* ſtoïcorum porticus, *Pæmenis* quippe orta ab obliquo nominis *Pæmen* & ab eo derivata,

derivata, quod non omnes ſciunt, pœnitet, poëticus, poëtria, pogonias, *Polemocrates*, *Polemon*, *Polemonius*, *Polyochus*, polion, politicus, *Pollentia*, *Pollio*, pollucibilis, *Polonia*, *Polybius*, *Polybus*, *Polychares*, *Polyæmonides*, *Polychronius*, *Polycrates*, *Polycraton*, *Polycritus*, *Polyctoridæ*, *Polydamas*, polygala, polygamia, polygonaton & polygonon herbæ, *Polyidus* ut quidem vulgò exiſtimant, at docuimus in Smetio Græco produci ab Homero Iliados 12. idque non ſemel, polymitus, *Polypemonides*, *Polyphagus*, polypodion, polyptycha, polypus, *Polyhymnia* vel *Polymnia*, *Polyſtephanus*, *Polyſtratus*, polyſyllabus, polyſyndeton, *Polytion*, polytrichon, *Polyxena*, *Pomerania*, pomerium, *Pometii*, pomifer, *Pompelon*, pompholyx, *Pompilius*, pompilus, *Pomponius*, pondero, poneropolis, *Pontia*, *Ponticus*, ponticulus, *Pontiniacum*, *Pontiſara* pontifex, *Pontius*, popanum, *Popilius*, *Poplicola*, populëus, *Populonius*, populor, populus, *Porcarius*, porcetra quemadmodum excetra, *Porcia* & *Porcius*, porgite & porgere conciſa, porphyreticus, porphyriacus, *Porphyrio*, *Porphyrius*, porricit, porrigo verbum, *Porrima*, * *Porſena* tamen ut volueris, conſule Elenchum, portaticum, porticus, portitor, portorium, *Poſideon* menſis, *Poſidius* & *Poſidonius*, poſſidet, poſterus, poſteritas, poſthumus, poſticulum, poſtmodo, poſtomis, poſtpoſitus, poſtremiſſimus, poſtſcenium, poſtulo, *Potamia*, *Potamion*, *Potamus*, nam potamus verbum aliò pertinet, poterion frutex q. potito, potitur ſed dumtaxat in carmine, *Potniades*, *Potniæ*, quibus adde quæſo ſupra prætermiſſum polyandrium, ſic enim apud Pauſaniam, Suidam, alios penultimam corripit. [* *Si vis producere ſcribe* Porſenna *ut Virg. Æn.* 8. 646. Necnon Tarquinium ejectum Porſenna jubebat.]

PR

Producunt Penultimam

PRæacutus, præcedo, præceptivus, præcido à cædo, præclarus, præcludo, præconor, prædator, prædico tertiæ, prædurus, præfatus, præfeſtino, præfigo, præfinit, præfoco, prælabor, prælibo, præludo, prærnaturus, præmiſi, præmunit, *Præneſtinus*, prænomen, præpeditus, præpilatus, præpono, prærado, prærogativa, præſagit, præſagus, præſepe, præſepit, præſcitus, præſcribo, præſumo, præſtigiatot, præterlabor, *Prætoriani*, prætura, prævelox, præuro, * *Prammium* vinum apud Homerum nam Ariſtophanes corripit, praſoïdes, *Præxibulus*, presbyterium cùm domicilium locumque Sacerdoti ſeparatum ſonat, preſteianus, prætioſus, priapea, *Priapus*, pridianus, primipilus, primitivus, primævus, principalis, *Priſcianus*, privatus. [* *Quippe alter habet* Πεμμνειος, *alter* Πεμμιος. Pramnius *igitur ut volueris.*]

Corripiunt Penultimam

Practicus, *Praxius*, præambulo nomen & verbum, præbendarius, præcavet, præcidaneus, præcino, præcipis, præcipito, præcognitus, præcoperſica, præcoquus, prædeſtino, prædico primæ conjugationis, prædiolum, præditus, prædocet, prædomo, præfero, præfica, præficit, præfiſcinè, præforo, prægelidus, prægravo, prægredi, præjacet, præjudico, prælego tertiæ, præmeto, præmigro, præmovet, prænato, prænoto, præoccupat,

[* *In* migro *nemo prierem quod ſciam, corripit præter Manilium Theodoſiani ævi Poetam. ita Voſſ. de Art. Gram. lib. 2. c. 16. at vid. præter eum. Ter. Hec. a. 4. ſ. 2. l. 18.*]

præparo, præpedit, præpondero, præpoſitus, præpoſterus, præpotens, præpropenus, præputium, prærancidus, præripit, præſeco, præſero, * præripia, præſagium, præſidet, præſignifico, præſtigiæ, præſtino, præſtolor quidquid nonnulli obluctentur, prætener, præterit, præteritus, prætereequito, prætergredi, † prætermìnè auſpicium, prætorium, *Prætutium*, prævalet, prævaricor, prævenit præſentis, prævidet, prævolo, pragmaticus, pranſito, *Praſiæ*, ‖ praſinus, praſios, pravitas, *Praxagoras*, *Praxidice*, *Praxiteles*, *Praxonides*, preciæ, presbyter, presbyterium id eſt ſacerdotalis ordo ſeu dignitas, *Preugenes*, *Priamides*, *Priamus*, *Primaël*, primicerius, primigenus, primipeta, *Primitius*, primitus, primogenitus, principor, *Priola*, priſtinus. [* *Præripia*, orum, *Apul.*] [† *Quid eſt ?*] [‖ *Et forte* Praſinus *equus* Commodi.]

PRO, *&c.*

Producunt Penultimam

PRoavitus, *Probinus*, problema, procedo, procelloſus, proceritus, procerus, prochiron ſi Latinè proferas, proclamo, *Proclidæ* non quidem à nomine Proclus, ne cui anſam porrigamus errandi ſed à Procles, proclino, proclivis, procœton, *Proconneſus*, proconſularis, procudo, *Proculeius*, *Proculina*, procuro, prodigialis, produco, profano, profanus, profaris, profatur, profatum, profligo, profudi, profuſus, prognoſis, projeci, prolabor, prolato, *Prolaüs*, proludo, *Promethëus* adjectivum, *Promethis* & *Promethides*, pronaüm ſeu pronaüs Eccleſiæ, pronuper, propago nomen & verbum, *Propheta*, prophetia, *Prophetis*, propheto, propilatus, propino, propola ejuſque fœmininum propolis, propono, proprætura, propylæum, propudioſus, proqui-

proquirito, * proreta, prorepo, prorito, *Proſceleni*, proſeucha, *Proſopitis*, † *Proſopon*, proſpiro, proſtratus, prorelo, protelum, *Protoëtor*, prothymè adverbium Plautinum, *Protoëtetus*, protocolon, *Protogenia*, protoſtrategus, protoſtrator, provincialis, proxeneta, pruina, pruinoſus, prurigo, pruritus, *Prytanëum*. [* *Gr.* προεδρος.] [† *N. inſulæ. Gr.* Πεδουσον.]

Corripiunt Penultimam

Proæreſius, proamita, * proaſtium, proavus, probabilis, probitas, probatica † piſcina, procacitas, ‖ procapis, procatarctícus, proceleuſmaticus, proceres, proceſtria, *Prochyta*, procido à cado, prociduus, procubitor, procubo, proconſule, *Procopius*, procraſtino, *Proculus*, *Procyon*, proderam, prodigo, prodigus, prodinunt pro prodeunt, proditor, proditus, *Prodromus*, productilis, *Praetides*, profero, proficit, profore, profugit præſentis, profugus, progenitus, prognoſticon, progredi, prohibet, projicit, proletarius, prolicit, prolito, prolixitas, prologus, proloquor, *Promathidas*, *Promachus*, *Promedon*, promeritus, promico, prominet, prominulus, *Promulus*, pronepos, *Pronomus*, pronuba, pronurus, procemium, propalam, propalo, proparoxytonus, propatulus, propemticon, properè, propero, *Propertius*, prophaſis, propheticus, propemodum, proplaſtice, *Propodas*, *Propætides*, propolis herba q. & ſuburbium, * propoma, *Proponticus*, prophylacticus, propoſitus, proprietas, propugnaculum, propylon, proripit, prorogo, proſaïcus, proſapia, proſatus, proſcenium, *Proſdochimus*, proſelytus,

[* *Dicerem potius proaſtium penult. acuta, quia Gr. eſt* προάστιον, *licet ſit qui dicat* προαστιον *reperiri metri cauſſa.*] [† *Cave hinc putes* piſcina *eſſe inter corrip. penult.*] [‖ *Nomen non verbum.*] [* *Gr.* πρωτογονος *addas* protogonos.]

Proſerpina, proſequor, proſero, proſemino, proſilit, proſodia, proſodicus, proſperitas, proſpero, proſtibulum, proſubigo, *Protagoras*, *Protagorides*, *Protadius*, protaſis, *Protaſius*, protego, protero, *Proteſilas*, protoflamines, *Protogenes*, protocarabus, *Protolicus* ita quidem Gavantus cui vix aſſentior niſi ſcribas *Protolycus*, *Protophanes*, protoſyngelus, prototomi, prototypon, protervitas, *Prothoüs*, prothymia, prothyron, protraho, protrepticon, protropon, protubero, provenit præſentis, providet, provoco, proxeneticum, proximitas, proximus, *Prudentius*, *Pruſias*, *Pruſſia*, *Prymneſia*, *Prytanis*.

P S, &c.

Producunt Penultimam

PSeudomantia, pſeudopropheta, pſilothrum, pſychomantëum & pſychomantia, *Pterelaüs*, ptochiüm & ptochotrophium, *Ptolemæus*, *Ptolemaïs* & *Ptolemaëus* adjectivum, pſychrolutra, *Publicanus*, pudicus, puerilis, pugilatus, pugillares, pullatus, pullinus, pulpago, pulvinar, pulvinus, purgamen & purgatus, puſtulatim, putamen, putealis, puteanus, *Puteolanus*, putredo, putrilago, *Pygmæus*, *Pylene*, pylorus, pyramidalis, *Pyrene* & *Pyrenæus* adjectivum, pyrites, pyritis, pyromantia, pyropus, *Pythagorëus*, *Pytharatus*, *Pythodelus*, *Pythodorus*, pythones, pyxidatus.

Corripiunt Penultimam

Pſalmodia, pſalmographus, pſalterium, pſaltria, *Pſamathe*, *Pſammetichus*, pſeudoalethina, pſeudocaſia, pſeudographus, *Pſeudolus* ut quidem vulgò, pſeudonymus, pſeudothyron, pſimmythium vel pſimythus, pſittacus, pſoriaſis ut paſſim omnes, pſoricum, pſychicus Tertulliano

tulliano familiare convicium, pſyllion, pſythia, *Ptelea*, *Pteleon*, pternophagus, *Pterelas*, *Pterion*, pterophorus, ptiſana, ptiſanarium, *Ptolemaïcus*, *Ptolemocrates*, *Ptolichus*, publicitus, publicola, publicus, *Publicius*, *Publiper*, *Publius*, pugilo, pulegium, pulliphagonides, pullulo, pulpicum, *Pulſenius*, pulticula, pultiphagus, pumico, pumilus, *Punicus* ſeu *Pœnicus*, pupugi, pupula, puriter, purpura, purpuro, puſtula, puſulus, puteal, putidus & putridus, *Puteoli*, *Pygmalion*, *Pylades*, *Pylæmenes*, *Pylius*, *Pymatus*, *pyralis, pyraulicus, pyramis, pyramea arbor, *Pyramus*, pyraſus, *Pyreneus* ſubſtantivum ſi diſſolvas, pyrethrum, pyrgoteles, *Pyrgothemis*, pyroboli, pyrocorix, *Pyrodes* Cilicis filius, *Pyroïs*, *Pyrophlegethon*, pyrophori, pyrriche, pyrrichius, *Pyrrichus*, *Pythiætus*, *Pythagoras*, pythagoricus, *Pytheas*, *Pythia*, *Pythias*, *Pythocles*, *Pythocritus*, *Pythodotus*, *Pytholas*, pythonici, *Pyttalus*, † pyxagathus, pyxidicula. [* *Gr.* πυργαλίς. *N.* avis.] [† πὺξ ἀγαθὸς *duæ ſunt voces apud Homer.* ιλ. γ. 237. *quid venit Labbeo noſtro in mentem eas unire, neſcio.*]

QU

Producunt Penultimam

QUADRAGENI, quadratura, *Quadratus*, quadriga, quadrimus, quadrinus, quadruplator, quæſivi, quæſitor, quæſtuoſus, quæſtura, quamdudum, quampridem, quamprimum, quandoque, quartanus, *Queranus*, quercetum, querela, *Querquetulana*, *Quidavus*, quietus, quingeni, *Quintianus*, *Quintilianus*, quintilis, *Quiricus*, *Quirinalis*, *Quirinus*, *Quirites*, quirito & quirrito, quotidianus.

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

QUADANTENUS, quadragesima, quadrangulus, quadrapolæ vestes, quadrifidus, quadriforis, quadrijugus, quadrimanus, quadruplex, quadrupes, quærito, qualitas, qualiter, quandoquidem, quantalibet, quantopere, quantulus, quatenus seu quatinus, quaternio, quemadmodum, *Querelus*, querquedula, querquerus, quernus, quianam, quilibet, quincuplico, quindecim, *Quinquatria*, at vero *Quinquatrus* ut volueris licet nonnulli acrollendam afferant penultimam, quinquevira, *Quintilius*, *Quriacus*, quiritatio, *Quodvultdeus*, quomodo & quotuplex ac quotupliciter. [* *Vel* quercerus.]

R A, *&c.*

Producunt Penultimam

RABANUS, *Rabbodus*, rabiosus, racematim, racemus, *Radagasus* tamen ut volueris, *Radbodus*, *Radfridus*, radicor, ramale, *Ramires* seu *Ramirus*, ramosus, rapina, rasura, rationale, *Ratispona* seu *Ratisbona*, *Rauracum* seu *Raurienm*, *Rauraci*, *Raulinus*, *Reate*, *Reatinus*, reatus, recedo, recensitus ut plures doctioresque proferunt, recido à cædo, recidivus, recisè, *Recharedus*, reclino, recludo, *Rectrudis*, recura, recusо, redimitus, redivivus, redono, refigo, reformido, refragor, regalis, *Regillianus*, regina, *Regino*, regionatim, rejeci, *Reinerus*, relatus, relabor, relego primæ, reliqui à linquo, religiosus, reludo, relucet, remisi, renidet, renitor, renodis, renudo, requiro, repentinus, resaluto, resido, resimus, resina, resinatus, resolutus,

reſolutus, reſpiro, reſumo, reſupino, retrocedo, retrudo, retuſus, revelo, revici, revivo, revolutus.

Corripiunt Penultimam

RABIDUS, rabioſulus, *Rabirius*, rabula, racemifer, radicitus, radicula, radula, *Raithu*, rancidus, ranunculus, rapacidæ, rapacitas, *Raphael*, *Raphanæa*, raphanus, rapidus, rapula, * rarefacit & rarefit, raripilus, rafilis, raſito, *Raſiphus*, ratiocinor, *Ratumena* portâ ut quidem ex Plutarcho contendunt haud improbabiliter aliqui, cum alii alterum † ny adjungant, rauciſonus, raucitas, ravidus, *Ravola*, reædifico, recalcitro, recaret, receptaculum, recido à cado, reciproco & reciprocus, recito, recogito, recolligo, recolo, reconditus, rectangulus, recubo, recupero, redamo, redandruo, redigo, redimiculum, redimit à redimio & redimo, redintegro, reditus & redditus, redolet, reduvia, referit, refero, reficit, refovet, refrico, refrigero, refuga, refugit, regia, regificus, regimen, *Regium* vel *Rhegium*, relubet, redhoſtio, regelo, regeliolus, regemo, regenero, regermino, regero, reglutino, regredi, regula, *Regulus* & regulus, rejicit, rejiculus, reitero, relego tertiæ, relevo, religo, relino, reliquiæ, reliquus, remancipo, remanet, rememoro, remiges, remigo, remigro, remora, remoror, *Remulus*, remunero, *Remuria*, renitet, renovo, renunculus, repagulum, reparo, repaſtino, repedo, reperit, repeto, replico, repignero, repoſitus, repotia, reprimo, reprobo, reptilis, repullulo, repudium, reputo, reſcidi à ſcindo, reſemino, reſero, reſidet, reſilit, reſipit, reſono, reſpicit, reſpublica, reſtibilis, reſtibula, reſtipulor, reſtito, reſtrigo apud Senecam Epiſtolâ 4. reſuſcito, retalio, retego, reticet, reticulum, retinaculum, retinet, retorridus, retroago, retrogradus, retuli, revenit præſentis, revibro, revoco, revolvo, revomo. [* *Aliter noſtrates ita docti ex vulgari grammat.*] [† *Et dicunt* Ratumenna.]

RH, *&c.*

R H, &c.

Producunt Penultimam

RHabduchi, *Rhacones*, *Rhacotis*, rhagoïdes, rhapſodus, *Rharturus*, *Rhegino* ſic enim q. ſcribunt, *Rheginus*, *Rhenanus*, *Rhexenor*, *Rhianus*, *Rhinocolura* vel *Rhinocorura*, *Rhiphæus*, *Rhodanitis*, *Rhodogune*, *Rhodopëus* adject. *Rhodopis*, *Rhætëus* adject. *Rhombites*, rhomboïdes, romphæa, *Rhoxalani*, *Rhoxane*, *Rhoxanus*, *Rhutheni*, quamquam in poſterioribus aſpirationem nonnulli exſufflent, *Rhicmirus*, *Rigomerus*, rimoſus, rituales, rivalis, robigo & *Robigus* Deus, *Rodericus* vel *Rudericus* quidquid contra ſcripſerit Gavantus, *Rodianus* ſeu potius *Rhodianus*, rogalis, *Rogerus*, *Romanus*, *Romericus*, roſatus, roſetum, roſmarinus, roſtratus, rotatim, *Rotnacum*, rotundatus, rubefio, rubeta, rubetum, rubiginoſus, rubigo, rubrica, rubriceta, rubrico à rubricâ, nam ſi à ruber derives quidni ſimiliter proferas ac albico & nigrico, *Rudinus*, *Ruffinus*, rugitus, rugoſus, ruina, ruinoſus, *Ruminalis*, runcina, ruralis, ruſſatus, ruſticanus, rutatus, *Ruteni*, *Rutupinus*. [*Adde* Rhodiginus, rhodites, rudetum.]

Corripiunt Penultimam

Rhabarbarum ſeu rheubarbarum, rhacinus piſcis, at quid ni ut coracinus? *Rhadamantius*, rhagion, *Rhamnuſia*, rhaphanus, rhaponticum, rhaphides, rhaphius, rhapſodia, *Rharion*, *Rhaſipolis* ſeu potius *Racipolis*, *Rhetia*, *Rhætiaria*, *Rhedones*, *Rhegium*, rhetorica, rhinobatus, rhinoceros, rhinoceroticus, rhipſaſpides, *Rhodanus*, *Rhodanuſia*, *Rhodius*, *Rhodope* mons, rhodopeius Poëticè, *Rhodophon*, rhodomeli, rhonchiſonus, rhopalicus, rhopalon, *Rhopalus*, *Rhoſologia*, *Rhotomagum*, *Rhyndacus*, rhyparographus, *Rhyſia*, rhytium, *Rhytius*, *Ricima*, ricinus

ricinus, *Rictiovarus*, ricula, ridica ut quidam volunt, ridiculus, rigidus, *Ripuarii*, rivulus, roboro, *Rogerius*, rogito, *Romula*, *Romulëus*, *Romulidæ*, *Romulus*, rorifer, roſcidus, *Roſcius*, *Roſea*, roſeus, roſmaris, *Roſolia* ſeu *Roſalia*, *Roſula*, rotatilis, rotula, *Rubeus*, rubia, *Rubicon*, rubigalia, rubigino, rudera, *Rudiæ*, *Rufius*, *Rugium*, *Rumina* ficus, rumino, rumponitæ vites, rupicapræ, rupices, *Ruricius*, ruricola, *Ruſcino*, *Ruſpina*, ruſticula, ruſticitas, ruſticus, rutabulum, *Rutilius*, rutilo, rutilus, *Rutuba*, *Rutuli*, * ruvidus. [* *Sive* ruidus.]

S A

Producunt Penultimam

SABÆI, *Sabini*, *Sabotha*, ſabuletum, ſabuloſus, *Sacapene*, *Sachalites*, ſaccatus, ſacites, ſacoma, *Sacranus*, ſacratus, *Sadducæi*, *Sadyates*, ſagapenum, * ſæcularis, ſagatus, ſagena, ſagina, ſagino, *Saguntinus*, *Saïtes*, † *Salamina*, ſalebroſus, *Saleius* vox triſyllaba, *Salentini*, *Saleranus*, ſaliaris, ſalinæ, *Salinator*, ſalinum, ſaliva, ſalivoſus, *Salmone*, *Salmonëus* adject. *Salmonis*, *Salmurum*, *Salome*, *Salonæ*, *Salonea*, *Saloninus*, ſalpyga vel ſolpuga, *Salpina*, ſalſedo, ſalſitudo, ſalſugo, ſalvator, ſaluber, *Salvianus*, ſalviatum, ſalutaris, *Samaria*, *Samaritani*, *Samarites*, ſambuca, ſambucus, *Samonas*, *Samnites*, *Samoſatenus*, *Samothraces*, ſampſuchum, *Sanctinus*, ſanctitudo, *Sandaliotis*, *Sandion*, ſanguiſuga, *Saotus*, ſapinus ut quidam, *Saptres*, *Sapores*, inſcitè enim Gavantus aliique Græcitatis ignari corripiunt, ſapphiratus, ſapphirus, *Sapphoüs*, ſarabaïtæ Monachi, ſarabala, Chaldaïca vox, attamen ut volueris, ‖ ſarcocela, ſardachates, *Sardanapalus*, ſardonychatus,

[* *Potius* ſecularis.] [† *Hic addi poſſunt* Salacones *&* Salaconia. *Gr.* σαλακωνεῖα.] [‖ *Gr.* σαρκοκήλη.]

chatus, *Sareptanus*, *Sarpeden*, ſarracum, *Sarraceni*, *Sarranus*, ſarritor, ſartago, * *Satagytæ*, *Satanes* in plurali à Satan, unde & *Satanas* deduci creditur & à quibuſdam ut à Joathan Joathanes, ab Abraam Abraamus penultimâ producta pronuntiatur, ſatisfio, *Satrapeni*, † ſatrapia, *Satricani*, *Satricum*, ſatureia niſi diſſolvas, ſic ſatureium, *Saturninus*, ſatyreum, ſatyroma, *Savina*, *Savinianus*, *Savinus*, *Saxetanus*, ſaxetum, ſaxoſus. [* *Al.* Satagitæ.] [† *Vel* ſatrapea *nam Gr. eſt* σατραπεία· *addi poſſunt* ſarſura *&* ſarritura.]

Corripiunt Penultimam

SABACÆ, ſabanum, *Sabaoth*, *Sabatia*, *Sabazius*, ſabbatinus, ſabbatum, *Sabellicus*, *Sabellius*, *Sabidius*, ſabina vel ſibyna teli genus, ſabinëus, ſabulo, ſabulum, *Sabura* vir quidam, *Sacadas*, ſaccharinus, ſaccharum, ſacciperium, ſaccinus, ſacculus, ſacricola, ſacrifer, ſacrificus, ſacrilegus, *Sagana*, *Sagaris*, *Sagarus*, ſagittifer, ſagulum, *Salacia*, *Salacon*, *Salaminiacus*, *Salamis* vel Salamin, ſalapuſius ubi alii legunt ſalicippius, ſalarium, ſalebræ, * ſalgama, ſalgamarius, ſalicæ leges, *alius*, *Salmacis*, *Salmantica*, *Salomon*, *Salomonius*, *Salmonëus* diſſolvi quippe ſolet diphthongus inter proferendum, ſalſipotens, ſaltito, ſalubritas, ſalutifer, *Salluſtius*, *Salyi*, *Samariticus*, ſambucina, ſambuciſtria, ſamera, ſamitus hoc eſt ἑξάμιτος, *Sambicus* etiam ut quidam cenſent, quemadmodum & Samonicus ille Medicus cujus nomen à Samonas Doctiſſimi viri derivant, *Samnium*, *Samoſata*, *Samothracia*, ſamphoræ equi, *Samuel*, *Samylia*, ſanctifico, ſanctiloquus, ſanctitas, ſandalium, ſandapila, ſandaraca ſeu potius cum aſpiratione quam Græca exhibent ſandaracha, ſandarachinus, ſandaligerulæ, ſandycinus, ſanitas, ſanqualis, *Santonæ*, *Santonicus*, *Santonus*, *Sapharus*, ſapphirinus, ſarcina, ſarcophagus, ſarculum, *Sardica*, Sardinia, ſardonius, ſardonyx, *Sarmatæ*, *Sarmaticus*, ſaronicus ſinus, *Saronidæ* apud veteres Gallos,

[* *Pl. à* ſalgamum.]

Gallos, *Sarſina*, *Saſones*, *Satala*, *Satanas* ut quidem vulgò plerique etiam politiſſimi ſaltem his in regionibus, ſatellites, * ſatisfacit, *Saticuli*, *Satraïdæ*, ſatrapa, *Satura* palus, ſaturnalicius, ſaturnigena, *Saturnius*, ſaturo, ſatyra, † ſatyriaſis niſi mavelis contra torrentem obniti, ſatyricus, ſatyrion, ſatyrographus, *Satyrus*, *Saviniacum*, ſaxatilis, ſaxificus, ſaxifraga, *Saxonia* & *Saxones*. [* *Nos nihilominus docemur dicere* ſatisfacit *in ſoluta oratione.*] [† *Vide* elephantiaſis.]

S C

Producunt Penultimam

SCabile, ſcabini unde unde manent, ſcabioſus, ſcalenus triangulus, *Scandia*, ſcandicopola, ſcandulaca, *Scantianus*, ſcapularis, ſcarabæus, *Scaphia*, *Scardona*, ſcarites, ſcaturit, ſceleratus, *Scenitæ*, ſceptrinus ſaltem apud Adhelmum, *Schœnëis*, ſcholaris, ſciatherum, ſcillites, ſciomantia, *Scione*, ſciſſura, ſciurus, ſcobina, * ſcolopax, ſcopuloſus, ſcoloma, ſcriblita, ſcriptura, ſcrupoſus, ſcrupuloſus, ſcrutator, ſcurrilis, ſcutale à ſcuto, ſcutatus & ſcutulatus, *Scyllæus*, *Scyllacëum*, ſcylletum, *Scyllurus*. [* *Gr.* σκολόπαξ, *ſic Conſtant. Steph. Scapul. Phavorin. Heſych.* ο μικρῷ, *ideoque hic non debet habere locum: fefellit fortaſſe Labbeum Hadr. Jun. qui habet* σκολωπαξ, *& eum Poeta quidam ut vocat, Olympius quem dicit Cari Imperator. tempor. ſic ſcripſiſſe* — præda eſt facilis & amæna *ſcolopax.*]

Corripiunt Penultimam

Scævola, ſcalpurit, *Scamandrius*, ſcammonia, ſcandalum, *Scandinavia*, ſcandula, ſcanſilis, *Scantia*, * ſcaphium ſaltem apud Latinos, *Scaptenſula* & *Scapteſula*, ſcapulæ, ſcaramangium, *Scarioth*, ſcatebræ, *Scatima*, *Scedaſus*,

[* *Nam Gr. eſt* σκαφίον.]

daſus, ſcelero, ſcenicus, ſcenographia, ſcenopegia, ſcenofactoria ars in Actis vox verè hybrida, *Sceptici*, ſceptrifer, ſchedia navis, ſchedicus, ſchedula, ſchœnobates, ſchœnobatica, ſcholaſticus, ſcholion, ſciagraphia, ſciamachia, *Sciapodes*, *Sciathos*, ſciatericus, ſcilicet, ſcillicus, ſcilliticus, ſcimpoda & ſcimpodium, *Scipiadæ*, *Scipio*, *Scironides*, ſcirpiculus, ſciſcitor, ſciſſilis, ſcolymus, *Scenaugia*, ſcopulus, ſcoria, ſcorodon, ſcorodopraſon, ſcorpiacus, *Scoticus*, *Scribonius*, ſcrinium, ſcriptito, ſcriptulum, ſcripturit, ſcrofula, ſcrupeus, ſcrupulum, ſcrupulus, ſcrutarius, ſcrutinium, ſculptile, ſculponea, ſcurrilitas, ſcutica, ſcutula, *Scylletium*, *Scyllias*, *Scyrias*, ſcytale Lacedæmoniorum, *Scythia*, *Scythicus*.

S E

Producunt Penultimam

SEbaſteni, *Sebaſtia* urbs, nam *Sebaſtia* Martyr videtur penultimam corripere, *Sebaſtianus*, *Sebethus* & fortè *Sebennytus*, *Sebinus*, ſecale, ſecedo, ſecludo, ſecretus, ſectator, ſectivus, *Secundina*, ſecuris, ſecurus, ſecutus ſeu ſequutus, *Sedentani*, ſedamen, ſedile, ſeditioſus, ſeduco, *Sedunum*, ſegmentatus, *Segodunum*, *Segolina*, *Sejanus*, *Selani*, *Selene*, ſelenites, *Seleucia*, *Seleucobelus*, ſelibra, *Selinis*, *Selinus*, ſelinum, *Selleis*, *Semelæus* adjectivum, *Sementinus*, ſemicrudus, ſemeſus, ſeminalis, ſeminudus, ſemipaganus, ſemiplenus, ſemiſopitus, ſemiſupina, ſemitatus, ſemivivus, ſemivocalis, *Semones*, ſempervivum, ſenator, ſenatus, ſenilis, ſenticetum, *Sentinates*, ſentina, *Sentinus*, ſepono, ſeptemtrionalis, ſepteni, ſeptimana, ſeptiremis, *Septitianus*, ſepulcralis, ſepultura, ſequela, ſequutor, *Serapëum*, *Serapis*, *Serbonis*, ſerenatus, *Serenedus* & *Serenicus*, ſerenus, *Seriphus*, ſerpentinus, ſerpigo, *Serranus*, ſerratus, *Serrhëum*, ſervilis, ſervile, *Seſarethus*, ſeſquihora, ſeſquilibra, ſeſquipedalis, ſeſquiplaga, *Sethrida*,

thrida, *Setinus*, ſetoſus, *Severa*, *Severianus*, *Severinus*, *Severus*, ſexageni, ſexcentoplagus vox ficta à Comicis, *Sextilianus* & ſextilis menſis.

Corripiunt Penultimam

Sebaceus, ſebaſtocrator ſi Latinè proferas, ſeceſpita, ſectilis, ſeculum ſive ſæculum, ſecubo, ſecula, ſecundicerius, *Secundolus*, ſecuriger, ſecuritas, ſecretarius & ſecretarium etiam vox Eccleſiaſtica quidquid refragentur nonnulli prorſus ἀλόγως, eadem enim ejus eſt ac ſacrarii & ſecundarii ratio, ſedecim, ſedenim, *Sedigitus*, *Sedopha* ſi quoſdam audis, ſedulitas, ſedulò, ſedulus, ſegnipes, ſegrego, ſejuges, *Seleucidæ*, ſeligo, *Selius*, ſellariolus, *Selymbria*, *Semele*, ſemibarbarus, ſemicaper, ſemianimis, ſemicinctia, ſemicirculus, ſemicremus, ſemidei, ſemidigitus, ſemihomo, ſemilacer, ſemiobolus, ſemimitra, ſeminium, ſemino, ſeminiverbius, ſemineces, *Semiramius*, *Semiramis*, ſemita, ſemivir, *Semnothei*, ſemovet, *Sempronius*, ſemuncia, *Seneca*, ſenecio, ſenipes, *Sennacherib* ſaltem vulgò, *Senones*, ſenſilis, ſeparo, ſepelit, *Sepias*, ſepia, *Seplaſia*, ſeplaſiarius, ſepoſitus, ſeptangulus, ſeptemdecim, ſeptemgeminus, ſeptemtrio, *Septimania*, ſepticeps, ſepticus, *Septimius*, ſeptimus, *Sequana*, *Sequani*, *Sequanicus*, *Serapia*, *Serapion* Medicus, *Seraphim*, *Serdica* vel *Sardica*, ſerenitas, ſericus, ſerietas, * ſeriola, *Sergiopolis*, *Seriphius*, ſermocinor, ſerotinus, *Sertorius*, *Servilius*, ſervitus, ſeſamum vel ſeſamis, ſeſcuplo, ſeſeli, ſeſquiopus, ſeſquipes, ſeſſilis, *Setabis*, *Setanium*, *Setia*, ſetiger, ſeveritas, ſevoco, ſexageſimus, *Sextilius* quibus vulgò additur *Sephora* quamvis Exodi capp. primo & quinto per omega penultima ſcribatur. [* *Dimin. à* ſeria.]

S I, &c.

Producunt Penultimam

Sibetes, *Sibyllinus*, *Sicæota*, *Sicanus* ſaltem in oratione ſolutâ, *Sicemus*, *Sicenus*, *Sichæus*, ſicilices, ſidenites, ſideritis, *Sidetæ*, ſideratus, *Sidicinus*, *Sidites*, *Sifredus*, *Siffridus* & *Sigefridus*, *Sigeum*, *Sigiſtericum*, ſigillatim, *Sigillinus*, ſignator, *Signinus*, *Silanus*, *Silenæ*, *Silenus*, ſilicarius, ſiligo, ſiliginoſus, *Siloduri* Gallorum, *Silvanus*, *Silvenus* vel *Silvinus*, ſilurus, *Simangelus*, *Simethus*, ſimilago, *Similianus*, ſimilitudo, ſimones, *Simonidëus* adjectivum, ſimulacrum, *Sinaïta*, ſinapis, ſincerus, *Sindinus*, *Singidonus* ut quibuſdam arriſit, ſingillatim, ſingularis, *Sinope*, ſinopis, *Sinueſſanus*, ſinuoſus, *Sipylius* adjectivum, *Sirenatus*, *Sirenes*, *Siſapone*, *Siſoë*, ſiſtratus, *Sitana*, ſiticuloſus, ſobrinus, ſocialis, * ſocienus, ſodalis, *Sodomites*, ſolamen, *Solanus*, ſolaris, ſolator, ſoleatus, *Solina*, *Solinus*, † ſolenes, ſolitudo & ſolicitudo, *Solodurum* vel *Solodurum*, *Solæci*, *Solochatus*, ſolpuga, ſolſtitialis, *Solutor*, ſolutus, ſomniculoſus, ſonorus, *Sopheni*, *Sophoclëus*, *Sophitæ*, *Sophronicus* niſi quis à Sophrone aptiùs fortè quàm à victoriâ derivet, ſopitus, ſoporo, *Soranus*, ſordidatus, ſoricinus, ſorites, ſortitò, *Siſibianus*, ſoſpitalis, *Sotira*, *Souniæthon*. [* *Al.* ſocienus.] [† *Pl. à* ſolen, enis.]

Corripiunt Penultimam

Sibæpolis, ſibilo, ſibilus, ſibimet, ſibyna, *Sicanius*, ſicarius, ſiccine, ſiccoculus, ſicera, *Sicelis* & in plurali *Sicelides*, *Sicilia*, ſicilicus, *Sicimius*, ſicubi, *Siculus*, ſicuti, *Sicoris*, *Sicyon*, ſicyonia, *Sidonius*, *Sigalion*, *Sigeius* quadriſyllabum, ſignaculum, *Signia*, ſignifer, ſignifico, ſilaceus, *Silarus*, *Silenion*, ſilicernius, ſiligineus, ſiliqua, *Silius*, *Siloë* ut quidem vulgò pronuntiant, *Silviniacum*,

viniacum, *Simæthius*, *Simbrivium*, *Simeon*, *Simichidas*, ſimila, ſimilis, ſimilo, *Simmias*, *Simoës*, *Simonides*, ſimonia, ſimoniaci, ſimplicitas, * ſimpulum, ſimpuvium, ſimulo, *Sinai*, ſinceritas, ſinguli, *Singulonium*, *Sinopëus* Diogenes ſolvitur enim penultima, *Sintia*, *Sinties*, ſiparium, *Sipylus*, *Sirius*, *Sirmium*, † ſirpiculus, *Siſara*, *Siſcia*, ſiſymbrium, *Siſyphius*, *Siſyphus*, ſitarchia, *Sithonius*, *Sithones* apud Latinos, ſiticina, ſitula, ſmaragdinus, ſmegmaticus, *Smigolas*, *Smindyridas*, ſoboles vel ut alii ſcribunt ſuboles, ſobrietas, *Socrates*, *Socraticus*, ſodalitas, *Sodoma*, ſolarium, ſolatiolum, *Soldurii*, *Solemniacum*, ſolemniter, *Solenus*, ſolidipes, ſolidus, ſoligena, ſoliloquus, ſoliſtimum, ſolitus, ſolivagus, ſolicitus, ſolœcophanes, *Solophytus*, ſolubilis, *Solyma*, *Solymi*, ſomatophylaces, ſomnifer, ſomnificus, ſonipes, ſonitus, ſonticus, *Sopater*, *Sopatra*, *Sophanes*, ſophia ſive proprium ſive appellativum, quidquid obſiſtant nonnulli, *Sophilus*, ſophiſticè, *Sophones*, *Sophonias*, *Sophronia*, *Sophronion*, *Sophronius*, *Sophocles*, ſophroſyne, ſoporifer, ſorbilis, ſorbitiuncula, ſordido, ſordidus, ſotorius, ſorodæmones, ſortilegus, *Soſias*, *Soſibius*, *Soſicles*, *Soſimus*, *Soſigenes*, *Soſipater*, *Soſipolis*, *Soſithëus*, *Soſiſtratus*, *Soſius*, ſoſpita, ſoſpito, *Soſthenes*, *Soſtratus*, *Sotades*, *Sotadicus*, *Soterichus*, ſoteria, *Soteridas*, *Sotion*, *Sozomenus*, *Sozopolis*. [* *Et* ſimpulo, onis.] [† *Et* ſirpicula & ſirpiculum.]

S P, *&c.*

Producunt Penultimam

SPachanes, *Spartanus*, *Spartianus*, *Spartiatæ*, *Spartolus*, ſpatioſus, * ſpecialis, ſpectatè, ſpeculator, ſpelæum, *Sperchius*, ſphæroïdes, ſphyræna, ſpiculator, ſpinetum, ſpinoſus, *Spinutus*, ſpiralis, ſpleniatus, † *Spoletinus*, ſpondeus, ſpumoſus, *Spurina*, ſputamen, ſquarroſus,

[* *Et* ſpeciatim.] [† *Et* Spoletum.]

roſus, ſtadionices, *Stagira*, *Stagirites*, ‖ ſtaphylinus, *Staſinus*, ſtatera, ſtateres, *Statira*, ſtativus, *Statones*, ſtatumen, ſtatura, ſtellionatus, ſtephanopola, ſterculinum, ſternutamen, ſternuto, *Sthenobæa*, ſtigmoſus, ſtilita ſeu * ſtelita, *Stiritæ*, ſtolatus, ſtomoma, *Strambelus*, ſtratagema, ſtrategus, ſtratiota, *Stratonice*, *Stratonicëa*, *Stratonicus* neque enim à Stratone deducitur umquam quod ſciam, ſtrepſicerotes, ſtribligo, ſtrictura, ſtrigoſus, *Struthia*, ſtruthiocamelus, ſtruthiomela, ſtudioſus, *Studitæ*, ſtupefio, *Stylinus*, † ſtylita, *Stymphalis* & *Stymphalus*. [‖ *Quod mirum cum ſit à* σταφυλή. *Gr. enim in* υος *vulgo corrip. penult.*] [* *Gr.* σηλίτης.] [† *Gr.* συλίτης.]

Corripiunt Penultimam

Spanius, ſparganium, *Spargaſipes*, *Spartacus*, ſparteus, ſparulus, *Spaſio*, ſpaſticus, *Spathale*, ſpatharius, ſpecimen, ſpectabilis, ſpectaculum, ſpecula, ſpecular, ſpeculor, ſpeculum, ſpeuſticus, ſphacelus, *Sphacteria*, ſphæricus, ſphæriſterium, ſphæruła, ſphæromachia, ſphendoplocus, *Sphodrias*, ſphagitides venæ, ſpiciger, ſpiculum, ſpirabilis, ſpiraculum, ſpiritus, ſpiropatæ, ſpiſſigradus, ſpithama, ſplendidus, ſplenium, ſpondylus, *Sporades*, ſportula, ſpurcidicus, ſpurius, ſquallidus, ſquatina, ſquamiger, *Staberius*, ſtabilis, ſtabilit, ſtabulor, ſtabulum, ſtadiodromus, ſtadium, * ſtalagmium, *Stamatius*, ſtamineus, *Staphylus*, ſtatice, ſtaticulus, *Statinæ*, *Statius*, ſtatumino, *Stauracius*, ſtelliger, *Stelocopas*, *Stentorëus*, *Sterculus*, *Stercutius*, ſtercoro, *Stephana*, *Stephanus*, ſtereometria, ſterilis, *Steropes*, *Stertinius*, *Steſichorus*, *Steſimbrotus*, *Sthenelaïdas*, *Sthenelus*, ſtibadium, † ſtibinus, ſticharium, ſtigmatias, ſtigmaticus, *Stilico*, *Stimichon*, ſtimulo, ſtimulus, *Stiphelus*, ſtipula, ſtipulor, ſtiria, ſtlatarius, *Stœchades*, *Stoïcus*, ſtolidus, ſtomachor, ſtomachus, ſtomaticus, ſtorea, *Strattëus*, ſtragulum,

[* *Et* ſtalagmias.] [† *Et* ſtibium.]

gulum, ſtramineus, ſtrangulo, ſtranguria, *Stratie, Stration*, ſtratioticus, *Stratocles, Stratola, Stratonidas*, ſtauracinæ veſtes, ſtauropegium, ſtrenuitas, ſtrepito, *Strepſiades, Stridonius*, ſtridulus, ſtrigilis, ſtrobilus, * ſtromatëus, *Strongyle, Strophades*, ſtrophium, *Strophius*, ſtructilis, ſtrumaticus, † ſtruthea vel ſtruthia poma, quamquam poſſunt etiam produci, *Strymonius, Studius* ille à quo *Studium* celebre Monaſterium, de quo Suidas, aliique, ſtupidus, *Stygius*, ſtylobates, *Stymphalides*, ſtypteria, ſtypticus, *Styriacus*. [* *Gr.* στρωματεύς, *N. veſtis & piſcis.*] [† *Gr.* στρύθεια & στρύθια, *ideo* ſtruthea *videri debet inter produc. penult. reponi.*]

S U, *&c.*

Producunt Penultimam

SUada, ſuadela, * ſuatim, ſuavis, ſubæratus, ſubamarus, ſubargutus, *Subalpini*, ſubbaſilicani, ſuberudus, ſubdecanus, † ſubdiacones, ſubdialis, ſubduco, ſubegi, ſubinvitus, ſubjeci, ſubjugalis, ſublabor, ſublatus, ſublegi, ſublego primæ, ſublevi, ſublimo, ſublimis, ſublucanus, ſublucet, ſubnitor, ſubobſcurus, ſubridet, ſubroſtrani, ſubrufus, ſubrumus ut nonnulli volunt, ſubſcribo, ‖ ſubſcudes, ſubſido, ſubſimus, ſubſutus, ſubterduco, ſubterlabor, ſubtilis, *Suburanus*, ſuccedo, ſuccido à cædo, ſucciſivus, ſucclamo, ſuccoſus, *Suevi, Sueſſanus*, ſuffarcinatus, *Suffenus, Suffetes*, ſuffigo, ſuffimen, ſuffitor & ſuffitus, ſuffiamen, ſuffoco à faucibus, ſuffragor, ſuile, ſuinus, *Sulcitana*, ſulphuratus, *Summanus*, ſummatim, ſummœnianus, ſupercido à cædo, ſupercilioſus, ſuperduco, ſuperhume-

[* *A* ſus *non* ſuus.] [† Diacones *pro* Diaconi *legere eſt apud Eccleſ. Scrip. ſed quare* ſubdiacones *produceret penult.* ſubdiaconi *autem corriperet non video.*] [‖ *Plur. à* ſubſcus.]

rale, ſuperliminare, ſuperpono, ſuperſcribo, ſupervado, ſupino, ſupinus, ſupparaſitor, ſuppilo, ſupplodo, ſupplevi, ſuppletus, ſuppono, ſuppromo, ſuppuro, ſupremus, *Surenas*, ſurtepo, *Suſiana* regio, ſuſpiro, ſuſpitioſus, ſutela, ſutrina, ſutura, *Suvitlaunus*, *Sybarita*, ſycites, *Syene*, *Syenites*, *Sylæum*, ſyllabatim, *Syllanus*, *Sylvanus*, ſympathia, *Symphorianus*, *Symphoroſa*, * ſympinum, ſymptoma, ſynagoga, ſynaloepha, ſyncategorema, ſyncellitæ, *Synephebi*, ſyndereſis ſeu potius ſyntereſis, ſynochitis, ſynoris, ſyntaxis, ſynthema ſaltem ſæpius, *Syracuſæ*, *Syrianus*, *Syrophœnices*, ſyſſiti, *Syzicinus*. [* *Hadr. Jun. & alii habent* ſympinium, ſympinum *nuſquam veperio.*] [*Addas* ſynodites, ſynodontites, ſynœceoſis.]

Corripiunt Penultimam

Suavidicus, ſuavitas, ſubadjuva, ſubacidus, ſubalbidus, ſubbibo, ſubdiaconus, ſubditus, ſubdolus, ſuberēus, ſubfrigidus, ſubjacet, ſubigo, ſubjicit, ſubimpudens, ſubitus, ſubjugo, ſublego tertiæ, ſublevo, ſublices, ſublicius, ſubligar, ſubligo, *Sublacum* ſi tamen à Lacu locus ille dictus ſit ut ſentiunt Docti viri, ſublino, ſubluridus, ſubnubilus, ſubmovet, ſubmurmuro, ſubnego, ſubniger, ſubnoto, ſuboles quæ vulgò dicitur ſoboles, ſubolet, ſuboritur, ſubrancidus, ſubremigo, ſubrigo, ſubripit, ſubrogo, ſubruſticus, ſubſcudines 15. de Civitate Dei cap. 27. ſubſeco, ſubſequor, ſubſericus, ſubſilit, ſubtero, ſubterfugit præſentis, ſubterranēus, ſubticet, ſubvenit etiam præſentis, ſubucula, ſubvolo, ſubula, ſubulo, ſuccidaneus, ſuccidia, ſuccido à cado, ſuccidus, ſuccino, ſuccinum, ſuccubo, ſuccubus, ſuccutit, ſuculæ, ſudorificus, *Sueſſiones*, ut cum Petavio, Gavanto plerique omnes eruditi, *Suetonius*, ſuffarcino, * ſuffetius, ſufficit, ſuffio, ſuffugis,

[* Suffetius *nuſquam lego, forte ſcribendum* ſuffetes *qui Pœnis vice erant Conſulum.*]

ſuffugis, ſuffoco, id eſt, luſtratione purgo apud Propertium, ſuffragines, ſuffragium, ſuffrico, ſuffumigo, *Sugerius*, ſuggrundarium, *Suidas* licet vulgò ab omnibus producatur penultima at quo privilegio neſcio, *Sulpitius*, ſummovet, *Sunium*, ſuperalligo, ſuperbibo, ſuperbificus, ſupercido à cado, ſuperi, ſupericonicæ literæ, ſupereminet, ſupererogo, ſuperillino, ſuperincido à cado, ſuperingero, ſuperinjicit, ſuperintono, ſupero, ſupervenis, ſupervolo, ſupinipes, ſupparum, ſuppedaneum, ſuppedito, *Suppentonia*, ſuppetiæ, ſuppeto, ſupplico, ſupprimo, ſuppoſitus, ſuppudet, ſurrigo, ſurripit, *Suſana* urbs Hiſpaniæ, *Suſarion*, ſuſcito, ſuſcipit, ſuſpicio, ſuſpicit, ſuſpiritus, ſuſtinet, ſuſtuli, ſutilis, *Syagros*, *Sybaris*, *Sybariticus*, *Sybetæ*, at ſybotes, id eſt, ſubulcus penultimam producit, *Sycamium*, ſycaminus, ſycomorus ut volueris cum hoc monito, quod in ſacris libris & auctoribus rectiùs producatur, ſycophantia, *Syliones*, ſyllaba, ſyllabicus, ſyllaturit, *Syloſon*, ſylvicola, ſylvifragus, *Sylvius*, ſymbola, ſymbolicus, ſymbolum, *Symmachus*, ſymmetria, ſymphonia, ſymphoniacus, *Symplegades*, ſymponus, ſympoſium, *Sympoſius*, ſympotes, ſynæreſis, ſyncategorematicus, ſynchroni, ſynchyſis, *Syncletica*, ſyncope, ſyncriſis, ſyndicus, *Syndromades*, ſynecdoche, ſynedri, ſynedrium, *Syneſius*, *Syngelus*, ſyngrapha, ſynodicus, ſynodus, ſynonymia, ſynonymus, *Synnada*, *Synnadicus*, ſyntheſinæ tunicæ, ſyntheſis, *Syntyche*, *Syracuſius*, *Syria*, ſyriacè, *Syrius*, * ſyſtaticæ literæ, ſyſtole, ſyzygia. [* 2 *Cor.* 3. 1.]

T A

Producunt Penultimam

TABULATUM, *Tacfarinas*, talaris, * *Tanagræus*, *Tanaïta*, tantidem, tapetes, *Taphiusa*, *Taphosiris*, tapinosis, *Taprobanitæ*, *Tarentinus*, *Taricheates*, † tarichus, & tarichæa salsura seu conditura piscium si tamen voces Latinæ, *Tarpeius* vox trisyllaba, ‖ *Tarracina*, *Tarracona*, *Tarvanum*, *Tatianus*, *Tauchiræ*, *Taurinum*, taurinus, *Taureminita*, taxillatus. [* Tanagræus *autem potius scribend. nam Gr. est* Ταναγραῖος.] [† *Seu potius* tarichea. *Gr.* ταριχεία.] [‖ *Dicitur &* Tarrachina *&* Tarchina.]

Corripiunt Penultimam

TABANUS tamen ut voles, * tabefacit, tabidus, *Tabitha* saltem vulgò, tablinum, *Tabliopa* fictum in Anthologiâ vocabulum, *Tabraca*, tabula, tacitus & *Tacitus*, & taciturnitas, *Tacola*, *Tactici*, tactilis, *Tænarius*, *Tænarus*, tænia, *Tænioticus*, *Talasius* vel *Talassio*, *Talaüs*, talea, *Taletus*, talipedo, taliter, *Talisius*, † taliterum, *Talthybius*, *Tamaris*, tamarix, *Tamarus*, *Tammarus*, *Tanager*, *Tanagra*, *Tanagricus*, *Tanaïs*, *Tanaiticus*, *Tanaquil*, *Tantalides*, *Tantalus*, tantopere, tantulus, tantummodò, tapetium, *Taphiæ*, *Taphius*, *Tapori* seu *Tapyri*, *Taprobane* insula quam tamen docuimus esse ancipitem, *Taranis*, *Tarasius*, taratantara, *Tarbellicus*, *Tarbia*, *Tarbula*, *Tarchetius*, tardigradus, tardiloquus, tarditas, *Tarichea* urbs Palæstinæ,

[* *Corripe si libet in ligata oratione, dummodo in soluta eleves.*] [† Talitrum *opinor scribendum.*]

næ, *Tarquinius*, *Tarquitus*, *Tarraco*, *Tarruntius*, *Tarteſſiacus*, *Tatius*, tartarëus, tartarinus, *Tarchia*, *Taſſite*, *Taulantii*, *Taurania*, taurea, *Taureas*, *Taurica*, taurifer, taurobolium, taurobolus, *Tauropolis*, tauropolos Diana, *Tauropolion*, *Tauroſthenes*, *Taurubulæ*, tautologia, *Taxila*, *Taxili*, *Taygete* & *Taygetus* voces haud-dubiè quadriſyllabicæ.

TE

Producunt Penultimam

TEanum, *Teate*, *Teatinus*, *Tegeæus*, *Telchines*, *Teleclides*, *Teleſinus*, *Telethuſa*, teloneum ſic enim ſi proferas, produci debet, *Temeſæus*, temetum ne te inepti circumveniant literatores, *Temmices*, *Temnites*, tempeſtivus, temporalis, tenebricoſus, tentator, tentigo, *Tentyra* Thraciæ, *Tentyritæ*, teporo, terdeni, *Terdena*, teredo & *Teredon* urbs, *Terentianus*, *Terentinus*, *Terina*, terrenus, *Tertullianus*, *Tertullinus*, teſſareſcædecaitæ, teſtator, teſtudo, tetraon avis, tetracolos, tetradorum, tetragonus, tetraptoton, tetravela, * tettigometra, *Teuchira*, teuchites, *Teutates*, *Teuthrone*, textrina, textrinum, textura, tezelinus. [* *Gr.* τεττιγομήτρα.]

Corripiunt Penultimam

Tecolithus, tectonicus, tectorius, *Tectoſagi* vel *Tectoſages*, tedifer, *Tegea*, *Tegeaticus*, tegeticula, tegimen, tegula, *Tegu'us*, *Teius* vox triſſyllaba, *Telamon*, *Telamoniades*, *Telchinius*, *Teleboæ*, *Teleboas*, *Teleclus*, *Telecoon*, *Telecrates*, *Telegonus*, *Telemachus*, *Telenus*, *Telephanes*, *Telephus*, *Teleſtagoras*, telonarius, telonium ſic enim ſæpius & in novo Teſtamento ſemper per purum iota ſcribitur, teletæ, *Teleſphorus*, telifer, *Telinus* à *Telo* inſula, *Tellias*, temerè, temeritas, temero, *Tembrium*, *Temenus*, *Temeſe*, *Temmicia*, tempero, temporiùs, tenaciter,

citer, tendicula, *Tenea*, tenebræ, tenebrio, *Tenedos*, tennitas, *Tentyra* Ægypti, tepidus, tergemini, terebinthinus, terebra, terebro, *Terentius*, *Termeræ*, *Termerus*, tergivum, termino, terminus, *Terpsichore*, * terrefacit, terrigena, terribilis, terriculum, terrifico, terrisonus, teruntius, tessera, testificor, tetigi, *Tetrica*, tetricus & *Tetricus*, tetricitas, *Tetradius*, tetragrammaton, tetrameter, tetrapla, *Tetrapolis*, *Tetrapyrgia*, tetrarchia, tetrastichon, tetrasyllabus, tetrasyrticum, *Teumessias*, *Teuthrania*, *Teuthrasides*, *Teutones*, *Teutonicus*, *Teutosagi*, textilis, textricula. [* *At dic nihilominus terrefacit.*]

T H

Produeunt Penultimam

THagura, *Thalia*, *Theano*, theatralis, theatrum, *Theætetus*, *Thebanus*, *Thebæa* legio, *Thecusa*, *Thecuitis*, *Theganusa*, *Thelxion*, *Theoclea*, *Theodefricus*, *Theodoretus* seu *Theodoritus* cum quibusdam scribas, *Theodorieus*, *Theodorus*, *Theodrada*, *Theodulus* quidquid imperitè corripiant aliqui externi homines, *Theogitus*, *Theognetus*, *Theonas*, *Theoninus*, theopaschitæ, *Theophanones*, *Theophoretus*, theorema, *Theorianus*, *Theoris*, *Theotimus*, *Therapnæus*, thericleum poculum, * *Thermodon*, thesaurus, *Therſites*, *Thesbites*, theseis, *Theseus* adjectivum, *Thesidæ*, *Thesoa*, *Thesprotus*, *Thessalonica*, *Theudoricus*, *Theuseta*, thiasotæ, *Thiodamanteus* adjectivum, *Thonis*, *Thootes*, *Thrasganer*, *Thrasybulus*, *Thrasylaus*, *Thrasymedes*, *Thrasymenus* seu *Thrasumenus* lacus, *Thurinus*, thyandrites, *Thyatira*, *Thyatiremus*, *Thyestæus* adjectivum, *Thymbræus*, thymiama, thymites, thymosus, *Thyonianus*, *Thyreatæ*. [* *Recte* Thermodon *non* Thermodoon, *ut nonnulli, vid. Labb. Analect. prosod. Virg. Æn.* 11. 659.]

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

Thalamus, thalaſſicus, thalaſſina veſtis, thalaſſomeli, thalaſſometrum, *Thalaſſio*, *Thaleticus*, *Thalius*, thalyſia, *Thalyſiades*, *Thamyras*, *Thamyris*, *Thanatus*, *Thapſacus*, *Thapſia*, thapſiæ mulieres, *Thargibulus* neque enim à θελὴ videtur oriri, *Thariades*, *Tharypus*, *Tharſeas* ſeu *Tharſeas* 2. Machabæorum, capite 3. Græcè enim habes Θαρσεὰς niſi corruptus ſit locus, thargelia, *Thaſius*, *Thaumacia*, *Thaumantias*, *Theagenes*, theatricus, *Thebais*, *Thebaicus*, *Thecua*, thelygonon, thelyphonon, thelypteris, *Themiſon*, *Themiſtius*, *Themiſtocles*, *Themiſtogenes*, *Themiſonium*, * *Themyſcyra*, ut quidem probabilius videtur quibuſdam nam Apollonius Rhodius contrarium manifeſtè edocet, *Theocles*, *Theoclymenus*, *Theoclytus*, *Theocritus*, *Theodamas*, *Theodoridas*, *Theodoſia*, *Theodoſius*, *Theodotus*, theogonia, theologia, theologus, theomachi, *Theombrotius*, *Theombrotus*, *Theophanes*, *Theophilus*, *Theophorus*, *Theopolis*, *Theophobus*, *Theoprepis*, theoreticus, theoria, *Theorides*, *Theramenes*, *Therapontigonus*, *Theraſia*, theriaca, *Thericles*, *Theridamas*, *Therimachus*, therinus, *Thermodontiacus*, thermometrum, thermopolium, thermopotæ & fortè thermopoto, niſi ſit hybrida dictio à Comico conficta, *Thermopylæ*, *Thersmachus*, *Therſilochus*, theſmophoria, *Theſmotheta*, theſpiæ in plurali numero, *Theſſalia*, *Theſſalus*, *Theſtias*, *Theſtylus*, *Thethmarus*, *Theudoris*, thiaſus, *Thracia*, *Thraſeas* ſaltem apud Profanos ſcriptores, *Thraſumenicus*, *Thraſydæus*, *Thraſymachus*, *Threicius*, threnodia, *Thucydides*, thuribulum, thuricremus, thurifer, *Thurimachus*, *Thurium*, thuſculum, *Thyamis*, *Thyades*, thyina ligna, *Thylacus*, *Thymbria*, *Thymbrius*, *Thymele*, thymelicus, thymiaterium, *Thymilus*, *Thynia*, *Thyniades*, † *Thyonëus* epitheton Bacchi, *Thyree*, *Thyrſagetæ*, thyrſiger. [* *Potius* Themiſcyra. *Gr.* Θεμίσκυρα.] [† *Tetraſyllabon, nam Gr. eſt* Θυωνεύς.]

TI, *&c.*

TI, &c.

Producunt Penultimam

TIara ſeu tiaras, *Tibareni*, *Tiberinus*, *Tibeſis*, tibicen, *Tibiſenus*, *Tiburtinus*, *Ticinus* fluvius & *Ticinum* Inſubrium urbs, *Tigellinus*, *Tigranes*, *Tigurinus*, *Timæus*, *Timagetes*, *Timanor*, *Timavus*, *Timoclea*, *Timoläus*, *Timoſa*, *Timuchi* tinctura, *Tingitanus*, tinnitus, *Turidates*, *Tironianus*, *Titanes* vel *Titani*, *Titareus*, *Tithonus*, tithymalus, *Titianus*, *Timolus*, togatus, *Tolentinas*, *Toletanus*, *Tolctum*, * tolleno ut quidam volunt, *Toloſa*, *Toloſanus*, *Toloſates*, tolutaris, tolutim, *Tomitanus*, *Tongilianus*, tonitralis, tonſtrina, tonſura, *Topazus*, torale, † torcular ut quidem vulgò, *Tornacum*, tornatus, *Tornodorum*, *Torone*, torpedo, *Torquatus*, toroſus, tortuoſus. [* *Al.* tollenon.] [† *De hac voce, vide infra Appendicem.*]

Corripiunt Penultimam

Tiberias, *Tiberis*, *Tiberius*, tibicina, tibimet, *Tiburtius*, *Ticinus* Medicus immò potiùs Ticinius vel Titinius apud Samonicum, *Tigellius*, tignifer, tigrinus, *Timachidas*, *Timænetus*, *Timagenes*, *Timagoras*, *Timarridei*, *Timeas*, timidus, *Timocles*, *Timocrates*, *Timocreon*, *Timoleon*, *Timomachus*, *Timophanes*, *Timoſthenes*, *Timotheus*, *Tinia*, tinnulus, * tintino, tintinabulum, tintinaculus, *Tinurtium*, tipula, *Tireſias*, tirunculus, *Tirynthius*, *Tiſagoras*, *Tiſamenus*, *Tiſimane*, *Tiſiphone*, *Tiſiphonus*, *Titania*, *Titanicus*, titanomachia, *Titanus* fluvius, mons, urbs, *Tithareſius*, *Tithonia*, *Tithora*, *Tithorea*, *Tityus* & *Titius*, titubo, titulus, *Tityrus*, *Tlepolemus*, *Tobias*, *Tochari*,

[* *Si produci velis, dicas* tintinno, *addas* tinnunculus & tintinnunculus.]

chari, tolero, *Toliſtobii*, *Tolmides*, *Tolophon*, *Tolumnius*, tomaculum, *Tomarus* mons, tomice, *Tomyris*, *Tongilius*, tonitru, tonitruum, tonſilis, tonſtricula, toparchia, topazion, topographia, topotheſia, torculum atque ex eo derivatum torcular ut eruditiſſimi homines autumant, toreutice, *Torini*, tornatilis, torpidus, torridus, tortilis, totidem, *Totila*, toxicum, *Toxili*.

T R

Producunt Penultimam

TRabalis, trabeatus, trachea arteria, * trachones, *Trachonitis*, trachurus, tractatus, traduco, tragœdus, tragema, tragopogon, *Trajanus*, trajeci, tralatus, *Trallianus*, tranſalpino apud S. Bernardum, alioſque, *Tranquillinus*, tranſcribo, transfigo, transfiguro, transfuſus, tranſmarinus, *Tranſpadana* regio, tranſpono, tranſſumo, *Tranſtiberinus*, trapetum, trapezita, *Trapezuntinus*, *Trapezus*, *Trebonianus*, treceni, tribulis, tribunal, tribunatus, tribunus, tributim, tributum, tributus, *Tricaſſinus* & *Tricaſtinus*, † *Trichinas*, ut quidam ſentiunt, ſed ut arbitror imperitè, venit enim à τρίχινος cujus penultima haud dubiè brevis eſt, triceni, *Tricoloni*, ‖ trichora, *Tricipitinus*, tricoſus, *Tricrana* inſula, triduanus, * trieres, *Tridentinus*, trieteris, *Trifolinus*, trigonum, trilibris, triloris, trinodis, triobolaris, tripertitò, *Triphylis*, *Triphylus*, triptoton, *Tritonis*, tritura, trituro, trivialis, *Trivicus*, triumphalis, triumphatus, trocheus, *Trœzenus*, troglites paſſer, *Trojanus*, trophæum, tropæus, trucido, truſator, *Tryphoſa*. [* *Loci aſperi à* τραχῶν, ῶνος.] [† Trichinus *potius ſcribendum opinor, neque enim eſt nomen proprium.*] [‖ *Sing.* trichorum.] [* *Gr.* τριήρης.]

Corripiunt Penultimam.

Trabea, *Trachinius*, tractabilis, traditor, traduces à tradux, tragelaphus, tragicomœdia, tragicus, tragion, tragœdia, tragœdiographus, * tragomaſchali, tragopanades, tragoriganon, tragula, trajicit, tralucidus, *Tranſaquæ*, transfero, transforo, transfreto, transfuga, tranſigo, tranſilit, tranſitus, tranſmigro, tranſnato, tranſvador à vadum, tranſverbero, tranſvolo, † trapezorhetores, *Trebatius*, *Trebellius*, *Trebia*, *Trebonius*, *Trebula*, tredecim, ‖ tremefacit, *Tremilus*, tremulus, trepido, trepidus, treſviri, *Trevidos*, *Treviri*, *Treviricus*, triangulus, tribulo, tribulum, tribulus, tribrachys, tricephalus, triceſimus, *Trichila*, trichomanes, triclinium, *Triclinius*, trieterica, triſidus, trigonometrum, trihorium, trigamus, tricongius, trimeter, trimodium, trimulus, tridentiger, trifolium, trifurcifer, *Trinacria*, *Trinacris*, *Trinitas*, trinundinum, triobolus, *Triocala*, triodium, *Triopas*, *Triopia*, *Tripharus*, triplico, tripolis, *Triptolemus*, triquadrum, triquetra, * triſagius hymnus, † triſcuria, ‖ triſtega, triſtificus, tritavus, triticeus, triticum, *Tritonius*, *Triturita*, trivenefica, *Trivia*, *Triumviri*, *Troades*, trochilus, quamquam ſint qui penultimam Græcè quoque circumflectant, trochilion, trochlea, *Trœzenius*, *Troglodytæ* de quibus conſule noſtrum Theſ. Prof. *Troglodytica*, *Troïcus*, *Troïlus*, *Troïus*, *Trojugena*, *Trophimus*, *Trophonius*, tropicus, tropologia, *Troſſuli*, *Troſſulum*, troximos uva, truſito, trutina, trutinor, tryblium, trygones, *Trygonion*, tryginus, trygodæmones *.

[* Gr. τραγομάσχαλος *cujus alæ hircum olent.*] [† Gr. τραπεζοφόρους *cui adjungas* trapezophoron.] [‖ *Cave autem acuas antepenultimam, ſi loqui velis cum Anglis.*] [* i. e. ἄγιος ἄγιος ἄγιος.] [† *N. pl. Gen.* orum.] [‖ *Suppl. ædificia.*] [* i. e. *Dæmones peruncti ſacibus ora.*]

RU, *&c.*

R U, &c.

Producunt Penúltimam

TUcetum, *Tudinus*, *Tullianus*, tumultuoſus, tunicatus, turbela, *Turdetani*, *Turiaſo*, turmatim, *Turoni* Germaniæ populi, *Turpinus*, turpitudo, turritus, *Tuſculanus*, tuſſedo, tuſſilago, tutamen, *Tutanus*, tutela, tutelaris, *Tuticanus*, tutulatus, *Tutulina*, *Tydides*, *Tyenis*, tympanites, tympanizo, *Typhaon*, *Typhoëus* adjectivum tetraſyllabum, licet à Poetis licenter corripiatur, ut in pleriſque aliis obſervavimus, tyrannicida, *Tiridates*, ſi ſic cum nonnullis ſcribere malis, * tyrotarichus, *Tyrrhenus*, *Tyrrhidæ*, *Tyrtæus*. [* *Sunt qui volunt hujus vocis penult. corripi, ſed illi non viderant quod ex veteri quodam Poeta citat Athen. l.* 1. Ἐκ δ' Ἑλλησπόντε πόμβους καὶ πάντα τυείχη.]

Corripiunt Penultimam

Tubera, tuberes, *Tubero*, tubicen, * tuburcinor, *Tuduſus*, tudito, tuguriolum, tuitus, *Tullius*, tumidus, tumulo, tumulus, tunica, *Turanius*, turbidus, turbino, *Turduli*, *Turdulo*, turgidulus, *Turia*, *Turones* ſeu *Turoni* Galliæ populi, turpiculus, turpifico, turpilucricupidus, *Turpio*, turpiter, turricula, turriger, *Turſio*, *Tuſcia*, *Tuſculum*, † tutemet, *Tutius*, tutudi, tutulus, *Tyana* urbs & inde deductum *Tyanëus* quidquid ſciam reclamare nonnullos ſed immeritò, ut ſatis norunt eruditi, *Tychicus*, *Tychius*, tympanicus, tympanotriba, tympanum, tympanus avis, *Tyndarëus*, *Tyndaridæ*, *Tyndaris*, *Typhoëus* ſi diſſolvas, typicum, typicus, tyrannicè, tyrannoctonus, tyrianthinus, *Tyrius*, *Tyroglyphus*. [* *A.* tubuccinor.] [† *Aiunt Priſcian. citaſſe verſum ex Lucret. l.* 1. *ubi corrip.* Tutemet à nobis, *&c. at in Lucret. hanc vocem non invenio nec alias uſpiam.*]

V A, &c.

Producunt Penultimam

VACANTIVUS, *Vaccæi*, vaccinus, *Vacienus*, vacivus antiquè pro vacuus, vacuna, vacunalis, *Vadimonis* lacus, vadoſus, *Vagedruſa*, *Vageni*, *Vageſus*, vagina, vagitus, *Vaïcus*, *Valdetrudis*, valedico, *Valegenæ*, *Valencenæ*, *Valentinus*, *Valentinianus*, *Valerianus*, *Valericus*, valetudo, *Vandalinus*, vaporo, vapularis, *Varadinum*, varicoſus, variegatus, *Vaſates*, *Vaſatum*, vaſtator, *Vaticanus*, *Vatinianus*, ubique, *Udalricus*, udones, *Vechires*, vectigal, vectigales, *Vectones*, vectura, *Veientanus*, *Velabrum*, velamen, *Velinum*, *Velitræ* quamquam aliqui contradicant, vellicatim, *Venafranus*, *Venafrum*, venalis, venator, venenatus, veneno, venenum, *Venericus* ſcriptor quidam ut videtur, *Vennones*, ventilabrum, ventoſus, ventrale, ventrioſus, *Venuleius*, *Venuſinus*, *Vepicus*, vepretum, *Veranus*, veratrum, verbena, verboſus, *Veredemus*, * veredus, *Verena*, vermiculatus, *Vermina* Syphacis filius, vernice gummi unde unde originem ducat, qua de re diſputent alii, vernilis, *Verona*, *Veronica*, verrinus, verruca, verrucoſus, verſicolorus, verſura, verſutus, *Vertanum*, vertigo, vervecinus, verutum, verutus, vervina, *Veſevus*, veſica, *Veſpaſianus*, *Veſtalis*, veſtigo, *Veſtini*, *Veſuvinus*, veteranus, veterator, veterinus, † *Vettones*.

[* *Al.* verædus.] [† *Al.* Vectones, *ut ſupra*, *aut* Vetones.]

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

VACCINIUM, *Vachalis* ſeu *Vahalis*, vacia, vadimonium, *Valamer*, *Valentia*, *Valeria* Provincia, *Valerius*, validus, *Valgius*, *Vallebana*, *Vallia*, *Vandali*, *Vandalicus*, *Vangiones*, vaniloquus, vanitas, vapidus, vapulo, varices, varicus, varietas, *Vaſaticus*, *Vaſcones*, *Vaſconicus*, *Vaſio*, vaſtitas, vaticinor, *Vatinius*, * ubivis, *Ucalegon*, *Vebius*, vectabulum, *Vectidius*, *Vegetius*, vegeto, vegetus, vehemens, vehiculum, *Veïus* adjectivum, *Veleda*, *Velia*, *Velicer*, velitor, velifer, velifico, velificus, velivolus, *Velius*, velothyrum, veluti, venabulum, venaticus, *Vencia*, vendico, vendidi, vendibilis, venditor, venefica, venenifer, veneror, *Veneria*, venereus, *Veneti*, *Venetiæ*, *Venilia*, venimus præteriti, ut capite ſecundo Matthæi ubi de Magis, venticulor, *Ventidius*, ventigenus, ventilo, ventriculus, ventriloquus, venucula, *Venulus*, venundatus, *Venuſia*, *Verannius*, verbero nomen & verbum, veretrum ut quidem plures doctioreſque cenſent, *Vergiacum*, *Vergilia*, vermiculor, vermiculus, vermino, verniliter, vernaculus, *Verolamium*, veroſimilis, verriculum, verſatilis, *Verſiacum*, verſicolor, verſiculus, verſoria, verſutiloquus, vertagus, verticulum, *Veſevius* ſive *Veſuvius*, *Veſontio*, veſtibulum, veſticeps, veſtiſpicæ, *Veſtius*, *Veſulus*, vetitus, vetonica ſeu betonica, *Vettonia*, *Vetulonia*, vetulus, vexillifer. [* *Dicerem potius* ubívis *penult. acut. ut* ubíque *&* ubínam, *omnium enim eadem* ratio, *ſi licuit diſſentire à tanto viro.*]

VI, *&c.*

Producunt Penultimam

VIalis, viator, vicatim, *Vicelonus*, viceni, vicinus, *Victoricus*, *Victorinus*, vietor, vietus ſaltem longe meliùs ut aliàs docuimus, *Vildrada*, villanus, villaris, villoſus,

villoſus, *Viminalis*, vindemiator, *Vindemialis*, *Vindicianus*, *Vindocinus*, * vineago, vinetum, vinipotor, *Vinnæus*, vinoſus, viperinus, virago, *Virdunum*, virgatus, virgetum, *Virgilianus*, virginalis, *Viriathus*, virilis, viritim, *Virodunum*, viroſa & viroſus, viſcatus, viſceratim, *Vitalicus*, *Vitalina*, vitalis & *Vitalis*, *Vitellianus*, vitiligo nomen, vitioſus, vitulinus, *Vitunus*, *Vivianus*, viviradix, uligo, *Ulpianus*, ululatus. [* *Scribendum opinor* vinago.]

Corripiunt Penultimam

Viaticum, *Vibidius*, vicedominus, viceſimus, vicia, victima, victico, *Victorius*, videlicet, * videſis, vidulus, vigeſimus, vigiliæ, vigilo, vigilax, *Vigilius*, villaticus, villica, villicor, villula, vimineus, *Vincentius*, vinculum, *Vindecinum*, *Vindelici*, vindemia, vindemitor, *Vindicius*, vindico, *Vindones*, vinitor, *Vintonia*, vinulus, viola, violaceus, violo, vipera, vipereus, *Virbius*, virgidemia, *Virgilius*, *Virginia*, virginitas, virgula & virguncula, viria, viridans, *Viridaſius*, viridis, viriditas, viriola, *Viſellius*, viſibilis, viſito, *Viſtula*, *Vitellius*, *Viterbium*, viticomus, viticula, vitifer, vitigenus, vitiligo, vitioſitas, vitiſator, vitricus, vitriolum, *Vitruvius*, vitula, vitulor, vitulus, vitupero, vivarium, vividus, vivifico, vivipara, ulcero, ulmeus, *Ulpius*, ultimus, ultroneus, *Ulubræ*, ulula, ululo. [* *Et quare non* vidéſis *potius? cum* e *media longa ſit, &* ſis *natura Encliticorum quæ transferre ſolent accentum in præcedent. ſyllab.*]

U M, *&c.*

Producunt Penultimam

UMbilicus, *Umbrenus*, umbroſus, uncialis, unciatim, uncinatus, undatim, undeni, undoſus, undulatus, vocalis, vocamen, vociferator, *Volaterranus*,

nus, volemum, volones, volumen, volutabrum, volutæ, volutatim, voluto, voluptuosus, *Volusianus*, *Vomanus*, *Vonones*, voraginosus, vorago, *Voranus*, votivus, *Upsalum*, ut Pharsalus, Stymphalum, &c. *Urbanus* & urbanus, *Urbinales*, *Urbinum*, urceolaris, uredo, ureteres, urica, urigo, urina, urinator, urino vel urinor, *Ursina* & *Ursinus*, urtica, usquequaque, *Usthazanes*, *Ustica*, ustrina, usura, utrobique sic enim invaluit usus, utroque, uterini, *Uvalafridus* seu *Uvalfridus* aut *Uvaldefridus*, *Uvalericus*, *Uvalterus*, *Uvaltramus* ut plures sentiunt, *Uvandresigilus* quamquam aliqui corripiant aut geminent lambda, *Uvarnefridus*, *Uvenceslaũs*, *Uvenefrida*, *Uvernherus*, *Uvilramus*, *Uvinocus*, *Vulcanus*, *Vulfredus*, vulgaris, vulpinor, vulpinus, *Uvolcuinus*, *Uvolstanus*, vulsura, vultuosus, vulturinus.

Corripiunt Penultimam

Umbraculum, umbraticus, umbratilis, *Umbria*, *Umbricius*, umbrifer, *Umentiolus*, unanimus, uncia, uncinus, unciola, undecimus, undelibet, undisonus, undivomus, undula, unedo si certa Plinii senioris notatio quâ ab *uno* & *edere*, id est, *esse* deducitur, unguiculus, ungula unicolor, unicus, unigena, unigenitus, unimanus, unimodus, unitas, universitas, univira, univocus, unoculus, unomammiæ, vocabulum, vocalitas, vocifero, vocito, *Voconius*, *Vocontii*, vocula, *Vodalus*, *Vogesus*, volaticus, volatilis, *Volaverius*, volito, *Vologesias*, *Vologesus*, *Volscinii*, volubilis, volucer, volucris, volucripes, volupe, volupia, *Volusius*, *Volusus*, vomica, vomito, vomitoria, vomitus, upilio, upupa, uragus, at quippini ut choragus cæteraque ejusdem formæ? quarè longis annumerandum censeo, etsi numquam mihi occurrerit οὐρηγὸς: duorum tamen alpha concursus, & ultima τοῦ οὐρὰ & analogia id suadent iis, qui hæc mysteria callent, uranie, *Uranopolis*,

nopolis, uranoſcopus, urbanitas, urbicapus, *Urbicius*, urbicremus, urbicus & *Urbicus* licet reclament nonnulli, urceolus, urina ova, uropygium ſeu potius orrhopygium, *Uſipetes*, *Uſipii*, *Urſeolus*, *Urſidius*, *Urſimarus*, uſito, uſtulo, uterlibet, uterus, *Utica*, utilis, utilitas, utinam, utique, utraque nominativi caſus & accuſativi pluralis, utrarius, utriculus, * utrobi, uveus, uvidus, *Uvidius*, uvifer, *Vulcanius*, vulgivagus, vulnero, vulnificus, vulpecula, *Vulpenius*, *Vulſcinii*, vulturius, *Uzalis* tamen ut volueris, *Uzethia*, uxorcula, uxorius. [*Al.* utrubi.]

X A, *&c.*

Producunt Penultimam

XANTHOPULUS, xenagus, vide ſupra uragus, *Xenoclea*, *Xenoclides*, *Xenodemus*, xenodochium, *Xenodorus*, *Xenopithia*, *Xerxene*, *Xiphilinus*, xylolychnuchus. [*Addas* Xenophontius. *Gr.* Ξενοφόντειος.]

Corripiunt Penultimam

XANTHENES, xanthicus menſis, *Xanthicles*, *Xanthii*, *Xenagoras*, xeniolum, *Xenion*, xenium, *Xencles*, *Xenocrates*, *Xenodice*, xenodochus, *Xenodotus*, *Xenombrotus*, *Xenophanes*, *Xenophilus*, *Xenophon*, xerampelinus, *Xerolibye*, *Xeroliphus*, xeromyrum, xerophagia, xiphias, xiphion, xylinus, xylobalſamum, xylocaſia, xylophagus vermis, xyſticus, xyſtilis, [*Addas* Xanium. *Gr.* Ξάνιον. Xanthium. *Gr.* Ξάνθιον. Xeniades, xerophthalmia, xerophagia.]

Z A, *&c.*

ZA, &c.

Producunt Penultimam

ZABULON * filius Jacobi Patriarchæ à quo dicta tribus & *Zabulonitæ*, *Zacchæus*, zacones, Æolicâ dialecto pro diacones, *Zancleus*, *Zanitæ*, *Zebedæus*, *Zebinus*, *Zelea*, *Zeletes*, zelotes & zelosus si tamen sit vox Latina, *Zenoclides*, *Zenodorus*, *Zenodotinus*, *Zengitana*, *Zephyrinus*, *Zephyritis*, zeteca seu potius zotheca de quâ voce consule R. P. Sirmondum ad epistolam 16 Libri octavi Sidonii, *Zigita*, *Zopirinus*, *Zoroastreus* adjectivum, zyæna piscis, *Lydritæ*, zygitæ & zymites panis. [* *Gr.* Ζαβυλὼν *passim tamen legitur in nostris Eccles.* Zábulon *antepenult. acuta & qui ita legunt habent quo se defendant nam Hebraïcè scribitur* זְבֻלוֹן *brevi vocali in penult.*] [*Addas si placet* Zorobabel. *Gr.* Ζοροβάβελ. *Hebr.* זְרֻבָּבֶל. *Angli tamen quando Anglicè loquuntur dicunt* Zoróbabel. Zymoma.]

Corripiunt Penultimam

ZABULUS seu potius zabolus, id est, cacodæmon, *Zabergamas*, ut quidam volunt, *Zacharias*, *Zacynthius*, *Zalates*, *Zathricium*, *Zenocles*, *Zenobia*, *Zenobius*, *Zenodotion*, *Zenodotus*, *Zenothemis*, zelotypia, zelotypus, *Zephyrius*, *Zephyrus*, *Zerinia*, *Zerinthius*, *Zerolibye*, zetecula, *Zeticus*, zinziber vel zinziberis, zizanium, ziziphus, *Zoara*, *Zobida*, zodiacus in cœlo circulus, zographica, *Zoilus*, *Zonaras* ita enim vulgò pronuntiant etiam eruditissimi quique sed quo jure: quidni Doricum aliquid in utraque syllabâ liceat suspicari? sed hac de re ut aliis multis malo doctiorum judicium expectare,

quam meam in medium proferre ſententiam, zonarius ſector, zoophyta, *Zopyrus*, *Zoſimus*, *Zotichius*, *Zygena* inſula, *Zygia*, *Zygii*, *Zygomala*, *Zygopolis*, zygoſtaſia, zygoſtatæ. [*Addas* zizipha vel zizypha, *Zmilaces*, zobola, zonula, *Zophorus*, *Zopyron.*]

Quoniam, *inquit alicubi Antonius Nebriſſenſis*, indocti ſæpe homines proferunt ſínapis, áratrum, Jácobus, Isídorus, & alia multa ſecundâ ſyllabâ à fine brevi: & è contrario byſsínus, adamantínus, Origénes, Hermogénes & ſimilia penultimâ acutâ: *Hic omnis labor, hoc opus artis eſt tantam ignorantiam ex Hominum mentibus exſtirpare.* Quod opus à quibuſdam leviter aut infeliciter tentatum, à nemine perfectum, ab omnibus verò avidiſſimè inſpectatum pluribuſque perneceſſarium juvantibus Superis, ad eam, ut fas eſt credere abſolutionem perduximus, quam ſubjectæ materiæ ratio poſtulare videbatur.

Quam verò turpe cenſeri debet, Lector benevole, ac pudendum, Doctos alioquin viros, immò & aliorum Doctores, Magiſtroſque, quod utinam rariùs accideret, non tantum ex familiari multis Græcarum Literarum ignoratione, ſed præſertim ex probroſo utriuſque Proſodiæ neglectu in fœdiſſimos errores palam prolabi, atque inter pronuntiandum, maximè, ubi Latino-Græca, aliave Mixo-Barbara, occurrunt vocabula, interdum hærere, ceſpitare, impingere, ſeque deridendos omnibus propinare. *Centies*, ait nonnemo, *dum Lovanii*, *Bononiæ*, *& alibi in ſtudiis literarum verſarer*, *notavi ex Profeſſoribus magni alioquin nominis quoſdam ex imperita conſuetudine inter prælegendum non pauca in commune proferre*, *qualia*, Aláricus, alíoquin, Andrónicus, ániſum, Apámea, Archiáter, Archímedes, Cleóbulus, cómpotant, cyclóminus, Dárius, Heráclitus, hydropes, Lácones, máthesis, mediáſtinus, súffocant, Theſſalónica, &c. Cui quidem graviſſimo & perquam familiari incommodo remedium haud dubiè afferet libellus hic noſter Doctis, Indoctis,

Indoctis, & ut aiebat ille de ſuo, *viris quoque in quacunque facultate verſantibus, Theologis, Juriſperitis, Mediciſ, Philoſophis, Rhetoribus, Poetis, Hiſtoricis, ad concinnam elegantemque ſtrictæ ſolutæque orationis prolationem,* ſeu quid ex ſcripto ſeu memoriter, publicè privatimque recitandum ſit omninò neceſſarius.

Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt: ut in Muſicis numeri & voces & modi: in Geometricis lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines: in Aſtrologiâ cæli converſio, ortus, obitus, motuſque ſiderum: in Grammaticis Poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, Pronuntiandi quidam Sonus: in hac denique ipsâ ratione dicendi excogitare, ornare, diſponere, meminiſſe, agere, ignota quondam omnibus & diffuſa latè videbantur. Adhibita igitur eſt Ars quædam, quæ rem diſſolutam diviſamque conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret apud Tullium Marcus Craſſus. Deſinam verò in his Henrici verſibus libro 1. Vitæ S. Germani.

Scire erat haud magnum, ſi non prodeſſe ſubiret.
Et ſtulto ſapiens minimùm referre putatur,
Si non & proſit: meliùs duo juncta feruntur.
Quæ ſi diſpeſcas, perit alterum: ita alterius res
Altera poſcit opem ſociam & conjurat amicè.

APPENDIX.

Nomina in ON, quæ crementum corripiunt, quantâ fieri potuit diligentiâ ac ſtudio conquiſita.

Propria ſunt Hominum, aut Gentilia, quibus ſua hîc non adhæret adſcripta ſignificatio.

A

ACMON *à quo Acmonia urbs*, Aëdon *ſeu luſcinia avis*, Æmon, Æſon, Agamemmnon, Agmon, Alazones, Alciphron, Alcmaon, Alcyones *ſeu potius Halcyones aves*, Alemon, Alyacmon *vel ut alii ſcribunt Halyacmon Fluvius*, Amazones *ſat notæ viragines*, Amphictiones, Amphion, Amithaon, *vel ut alii* Amythaon, Amymones, Andremon, Anthedon *urbs*, Aon *unde* Aones, Apiſaon, Aragones *quemadmodum multi pronunciant*, Architecton, *id eſt*, *artifex*, Aretaon, Arion, Ariphron, Ariſtogiton, Artaon, Artemon, *id eſt*, *quoddam navis velum*, (*Nam cum Virum quemdam Clazomenium*, *& Hæreticum*, *cujus poſt Euſebium meminit Baronius*, *ſignificat*, *crementum producit*) Arrachion,

Arrachion, Aſpledon *urbs*, Auſon, *unde* Auſones & Auſonii, Autochthones, *id eſt Indigenæ*, Axion, quibus junge Antichthonas, *id eſt Antipodas*, & Amnemonas *magiſtratus quoſdam apud Gnidios.*

Cæterum nota hic ſedulò *Actæon*, *Ægæon*, *Alcmæon*, *& Almon* longè rectius ſaltem inter pronuntiandum penultimam obliquorum protrahere, licet eam nonnulli Poetæ corripuerint.

B

Bagadaones, Biſtones, Britones *licet longum reperiatur apud idoneos Auctores*, Butones, Bylliones.

C

Caledones, cacodæmon, canon, *id eſt*, *regula*, *norma*, Carchedon, *nomen proprium Carthaginis*, *ejuſque conditoris ex Philiſto*, Carianthedon *urbs poſtea ab Herode Agrippia dicta*, *ut refert Chronicon Alexandrinum*, Caryones, Caſtamon *domus Commenorum de qua Cedrenus*, Cataones, Cebrion, *vel ut alii* Cebriones, Cercyon, Chabiones, Chæremon, Chalcedon *vel ut alii rectiùs fortè ſcribunt* Calchedon, Chanon *urbs*, Chaon *unde* Chaones, Chelidon *id eſt hirundo*, Chion, *Nympha unde fortè* Chione, Chremetaon, Cicones.

D

Dæmon *cum Compoſitis* Cacodæmon & Eudæmon, Damaſiton *vel* Damaſichthon, Daones, Didymaon, Diogiton, Dolion *unde fortè* Doliones.

E

Echemon, Echion *ſeu Socius Cadmi ſeu Medicus*, Eion *urbs Thraciæ*, *& appellativum id eſt littus*, Ereſichthon, Erich-

Erichthon, Ermion, Eryſichthon, Eſſedones, Ethion, Etymon, Euæmon, Eudæmon, Euctemon, Euphron.

Nota *Edones* melius produci.

F

Fragmon *ſeu potius* Phragmon.

G

Geryon *vel* Geryones *ſeu* Geryoneus, gnomon *id eſt index, cognitor, & quoddam fabrile inſtrumentum, cum ſuis* phyſiognomon, *&c.*

H

Halcyon *avis*, Haliacmon *fluvius*, halipneumon *piſcis quidam*, Hæmon, Hamopaon, Hegemon, Helicaon, Hermiones, Hicetaon, Hieromnemon, Hipetaon, Hyperion, *quibus junge precor* Hurones *auctore Millieo, qui Libro* 21. *Moyſis Viatoris ſic canit:* Ut Canadæ gentes, aut Hurones, aut Hiroquæi.

I

Iaon *fluvius*, Iaones *populi* (non vero contractum Iones) Iapetion *pro Iapetus, unde Iapetionides*, Jappones *Orientis populi*, ut quidem Docti penè omnes hoc tempore pronuntiant, Jaſon *tum in Profanis tum in ſacris Hiſtoris, licet* in LXX. ſive Regiis ſive Sixtianis *minimum decies in utroque Machabæorum libro crementum exeat in omega*, ichneumon *Crocodili hoſtis*, icon *id eſt imago*, Icetaon, Idmon, Imaon, Iſſedones, Ixion *vir ſat notus*, (nam Ixion Deuteronomii 14. huc non pertinet.

L

Lacedæmon *urbs*, Læſion *urbs*, Læſtrygones, Lagon *ſed von Ladon*, Lampedon *mulier*, Leophron, Lethedon *fons*, Lingones, Luſones, Lycaon, Lycaones, Lycophron.

M

Macedones, Machaon, Mæon *unde* Mæones, Malchaon, Manæthon, *ſaltem apud quoſdam, licet fortè melius producatur à* Μανθάν, Mardones, Maſigiton, Matthion, Melanchthon, melones & melopepones *fructus æſtivi*, (non autem Melo, *id eſt*, *Nilus* apud Auſonium, & Melon *Hercules*) Memnon *unde* Memnones, Menephron, Methion, Mimallones *Bacchæ*, Mnemon *id eſt*, *Memor*, *cognomen Artaxerxi datum*, Molion, Mygdones, Myndones, Myones, Myrmidones.

Nota *Marcion* longè melius crementum producere.

N

Nomion.

O

Odones, Oedipodion *pro Oedipus*, *unde Oedipodionides*, ololygones *rana quædam apud Plinium*, Olooſſon *urbs*, Ophion.

Nota *Orion* meliùs inter Pronuntiandum produci.

P

Pænon, Pæon *ille à quo dicti ſunt* Pæones *populi* & Pæonia *regio*, Palæmon, Pammon *Iliados* 24. verſu 250. Pandion, Pannones, Pantaleemon *in quo fædè lapſus eſt Govantus*, Paretrones, Parthaon, Paphlagones, Pelagones, Pelendones, Peletrones, pepones *fructus ſat noti*, perictiones

perictiones, *id eſt, finitimi*, Phaniones, Philæmon, Philamon *ſeu* Philemon, Philopemon, Phragmon, phyſignomon, Plangon, Pictones *quâ in voce hallucinantur Deſpauterius & Theſaurus L L.* Polycaon, Polygiton, Polyphradmon ſeu Polyphragmon, Polypemon, Polyphron, potamogeton *herba q.* prion *id eſt ſerra* (*nam* Prion *Rex quidam apud Valerium Flaccum producitur*) procyon *ſeu anteeanis ſtellæ*, Protaon, Pyracmon.

Nota *Pæon* vel cum Medicum illum celeberrimum, vel cum pedem quemdam metricum, aut Cantilenam ſignificat, crementum longè melius producere, ut docemus pluribus in Elencho.

R

Rhedones.

S

Sandion, Santones, Sarpedon, Saſones, *qui ſæpius ſcribuntur* Saxones, Senones *qui & apud Stephanum* Sennones, Sindon *quoddam veſtis, linteive genus*, Siriopæones, ſpadon *id eſt ſpaſmus*, (non verò hic ſpado ſpadonis) Steredon *urbs*, Strymon *fluvius*, Sueſſiones *quamquam in Strabone legatur omega, ut obſervamus in Elencho*, Syliones.

Nota verò *Sidon, Sithon & Stridon* melius crementa producere.

T

Teredon *urbs*, Teuthredon *urbs*, Teutones *populi*, Thelxion, *ſaltem apud Pauſaniam*, trygon, *id eſt paſtinaca piſcis, vel turtur avis*, Turones *Galliæ populi ut ipſe fatetur Gavantus, licet alii contrarium doceant*, Typhaon, (*non verò Typhon, Tryphon aut trigon*) Tzacones *haſtati quidam ſtationarii apud Codinum.*

V

Vangiones, Vascones *ut evicimus contra nonnullos*, Vindones, & si quæ alia diligentiam quoque nostram in hâc secundâ Editione, *quæ priori longè amplior est ac locupletior*, effugerint, in sequentibus, si faverit Deus, cæteris magno labore hactenus conquisitis adjungenda.

Cæterum hîc Coronidis loco pauca mecum quæso adverte.

Primum. Quod ad crementa sequentium nominum *Ægæon*, *Alcmæon*, *Almon*, *Actæon*, *Edones*, *Marcion*, *Orion*, *Pæon*, cum Medicum, pedem aut cantum significat, *Stridon*, *Sidon*, *Sithones*, quæ à quibusdam correpta reperiuntur consulendum esse, quod in Thesauro integro, sive Elencho nostro Prosodico, ejusque Appendice ad singula suis locis annotavimus. Interim me Auctore, *ut jam supra monitus es*, ea inter pronuntiandum non vereberis producere.

Alterum. Multa præterea apud Græcos esse nomina quæ crementum corripiant: ut exempli gratiâ ἄκμων, ἀποίρων, ἀτέρμων, κίων, λαγών, πίων, &c. sed præcipuè Comparativa omnia in ων, quæ quia à Latinis Scriptoribus usurpari non solent, fuerunt hîc à nobis silentio involvenda.

Tertium. Gulonium vix decimâ parte nominum eorum, quæ à nobis in superiore Catalogo hinc inde collecta sunt, in suo Gnomone repræsentatâ, *Babylonis*, *Morionis*, *Nazomonis*, *Samsonis*, *Scorpionis*, *Simonis*, *Theonis*, *Tholegonis*, & similia nominum Crementa, vel expressè, vel in eorum derivatis inter corripienda proposuisse.

Postremum denique, fieri vix potuisse, quin in Primâ necnon in hâc quoque secundâ à nobis susceptâ collectione nonnulla vocabula diligentiam nostram effugerint, quæ tu ipse cum occurrent, addere cæteris ne memoriâ excidant, aut tertiam quartamve Editionem expectare non gravaberis.

De

De Nominibus in *Eus*.

CUM Nominum Latino-Græcorum in Eus, *non perinde omnibus manifeſta ſit quantitas, noſque privatâ Obſervatione recondita quædam, nec adeo protrita animadverterimus, operæ pretium viſum eſt ea in peculiarem Diatribam includere, ut quàm enucleatè minutias ejuſmodi extricare collibitum fuerit, omnibus pateat.*

Quia verò bifariam diviſa ſunt ejuſcemodi Nomina in *Eus* deſinentia, in *adjectiva* ſcilicet ac *ſubſtantiva*, de his priùs quam de aliis inſtituta diſſertatio procedet.

Primò ergò, Nomina Subſtantiva in *Eus, quæ à Tertiâ Contractorum apud Græcos Declinatione deſcendunt, quæque maximam partem Propria ſunt Hominum*, cum pronuntiantur, ut vulgò fit, diſſolutâ duas in vocales diphthongo Græcâ, penultimam ſemper corripiunt; ſic *Achillĕus, Agilĕus, Phalerĕus Apſirtĕus* tetraſyllaba, ſic *Nerĕus, Orphĕus, Protĕus, Terĕus*, triſyllaba paſſim efferuntur penultimâ brevi.

Quod de Genitivo, Dativo & Accuſativo communibus ſimiliter dicendum; *Orphei* ſeu *Orpheos, Orpheo, Orpheum*, vel *Orphea*. At Vocativus *Orpheu* diphthongum videtur in ipsâ etiam prolatione, ſaltem apud Noſtrates Gallos, ſervare.

Secundò. Eorum verò Nominum dum numeris alligantur in Carmine, Nominativus ferè ſemper diphthongi naturam ſervat, adeò ut quidam, nec indocti illi quidem, aut Minorum Gentium Grammatici, univerſim edixerint non poſſe duas in vocales ſyllabaſque diſtrahi.

Manilius,

Victor & inviſæ Perſeus cum falce Meduſæ.

Virgil.

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.

Hæc Proteus, & ſe jactu dedit æquor in altum. Idem.

In his enim ſexcentiſque aliis ultimam occupat diphthongus, adeo ut de eâ re nullum ſit dubium apud Eruditos.

Tertiò. Oſtendendum modò pluribus graviter lapſos, qui dixerunt illicitum eſſe finalem illam diphthongum ſolvere : nam licet apud Græcos tam arcto inter ſe colligentur nodo duæ illæ vocales, ut diviſionem non recipiant, Latini tamen Poëtæ haud ita religioſi hâc in parte fuerunt, ut ex *Virgilio*, *Auſonio*, *Phædro* diſcimus. Virgilius ergo ſeu quis alius Auctor Poematii de Culice ſic canit.

Naiadum cœtu, tantum non Orpheus Hebrum.

Verſu 116.

Pœnaque reſpectus & nunc manet Orpheus in te.

Verſu 268.

Tyndareus pater his & Juppiter ; hic putat, hic ſcit.

Ita Auſonius Epigrammate 55. ſicque, ut vides, Τυνδαρεος & Τυνδαρεὺς utrumque fuiſſe in uſu comprobari poteſt. Verum hoc valdiùs ſanè confirmatur verſu Iambico Phædri, qui nullam calumniam, aut benignam interpretationem admittit : Eſt autem ejuſmodi.

Demetrius qui dictus eſt Phalereus,
Athenas occupavit imperio improbo.

Initio libri ſexti. Tu ſi quid ſimile inter legendum in Claſſicis Vatibus repereris, non negligenter annotare debebis, ut eorum os poſſis obſtruere, qui illud illicitum putant, & Antiquiorum, nam recentiores multos hîc appellare poſſem, exemplis deſtitutum. Alias fortè dabimus plura. Interim moneo Tirones, ut illam ſi fieri commodè poterit diæreſim vitent.

Quartò.

Quartò. Quod ad Genitivum ſpectat, poteſt is vel more Græco uſurpari *Orpheos* penultimâ & ultimâ breviatis, vel Latino uſu *Orphei*, duabus tantum ſyllabis, vel, ſi lubeat, tribus, penultimâ brevi. Martialis,

Tereos aut cœnam crede, Thyeſta, tuam.

Virgilius,

Aut ut mutatos Terei narraverit artus.

Alcaïcus Horat.

Stellis honorem tectáque Penthei.

Quintò. Dativus ſimiliter poteſt eſſe vel diſſyllabus, vel triſyllabus, quod etiam de Auferendi caſu dictum velim. Propertius,

O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ.

Ovid.

Quid pater Iſmario, quid mater contulit Orpheo.

Alcaïcus Hor.

Quid ſi Threicio blandius Orpheo.

Quod vero pauci ſciunt, Dativum terminatione merè Græcâ, eâque Contractorum propriâ reperies apud Virgilium Eclogæ quartæ verſu 55.

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adſit,
Orpheï Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Neque enim *Orpheï* eſt genitivi caſus, ut temerè quidam ſibi perſuadent, ſed dativi, ut ex ipſo orationis contentu obſervaverunt docti Maronis interpretes.

Sextò. Accuſandi caſus, vel Latinus eſt *Orpheum* duabus pluribuſve ſyllabis, vel, quod ſæpius uſu venit, Græcorum more exit in, *ea* diviſas plerumque ſyllabas, quamquam & Virgilius ipſe duas illas in unam compegerit aliquando. Horatius,

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Propertius,

Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea,
Namque canebat uti.

Eclogâ ſextâ verſu 30. ne putes concurſu vocalium ultimam abſorberi. Idem quoque alibi. Cæum-

Cæumque, Iapetumque creat, ſævumque Typhœa,
Et conjuratos.

Primo Georgicon. Eſt tamen hic ſubterfugio locus, unde potentiùs ſanè refellas eos, qui *Typhœa* ſcribunt illum accuſandi caſum, cum Græcè ſcribatur Τυφωεύς, Τυφωέα, nec omega conſortium ſequentis ejuſmodi vocalis admittat.

Septimò. Occurrit quoque, ſed rariùs, Accuſativus Græcus, quaſi à nominibus tertiæ Simplicium, ſic apud Ovidium, nam hoc unum modò exemplum ſuppetit.

Diripiantque tuos inſanis unguibus artus,
Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.

In Ibin verſu 600. hic enim caſus ab Ὀρφεὺς tertiæ declinationis deflexus eſt, ut ſcorpion à σκόρπιος, & Tyron à Τύρος, &c. [*Val. Andr. Dreſſelius in notis ſuis ſuper hunc locum hæc habet verba, Egnatius Grammaticorum regulas veritus è Manuſt. Codd.* Orphea te eſſe ratæ reponit.]

Octavò. Auſonius Epigr. 83. penultimam accuſativi Cāpānēă produxit, & alibi penultimam genitivi Pēlēŏs, quod ſanè non auſim ego imitari, quamtumvis neſcius non ſim in tetraſyllabis, ut *Idomeneus & Ilioneus*, ſimilibuſque, caſus Ionicos receptos quandoque fuiſſe in Carmine Latino. Ἰδομενῆα, Ἰλιονῆα, &c.

Idomeneæ ducem, deſertaque littora Cretæ. Æneid. 3.
Ilioneæ petit dextrâ, lævâque Sereſtum.

Primo ejuſdem Divini operis. Quod verò Hyperaſpiſtes Baptiſtæ Mantuani accuſativi τὸν Πενθεύς penultimam exiſtimavit à Papinio fuiſſe productam, peccavit inſigniter: Eſt enim adjectivum dictionis *genus*, ut docent vel ipſimet verſus,

Pentheumque trahens nondum te, Phædimus æquo
Bacche genus.

Alii hanc in rem Juvenalem producunt in medium haud feliciore ſucceſſu: neque enim de patre Theſei, ſed de mari ſermo.

Perque tuum pater Ægei Neptune tridentem.

Nonò.

Nonò. Vocativum ſemper obtinet diphthongus, tam apud Græcos quàm Latinos, remque gratiſſimam fecerit, qui diſſolutam ab idoneo Poeta probaverit.

Scis, Proteu, ſcis ipſe, neque eſt te fallere cuiquam. Georg. 4.

Illa quis, & me, inquit, miſeram & te perdidit Orpheu. Ibidem.

Quarè mirum in Flaviâ Stephonii *Tyanee* pro *Tyaneu* penultimâque brevi, in Gentili illo nomine uſurpatum, nam quod ad ſecundam pertinet, jam alio in loco dictum eſt.

Decimò. Ad eamdem quoque Declinationem tertiæ contractorum pertinent quædam tum Appellativa, ut *Gnapheus*, id eſt *fullo*, infandi illius Hæreſiarchæ Petri cognomen, quod *Gnaphæus* inſulſiſſimè nonnulli ſcribunt, pronuntiantque; *xegrapheus*, id eſt *pictor*, ut quidam loqui non verentur, *Baſileus*, id eſt, Rex aut Imperator, de quâ voce Annales Baroniani, aliique, ubi de ſimili titulo ac nomine Imperatoribus Latinis à Græcis denegato, & forte etiam *Peiræeus* portus, niſi ad ſequentia potiùs accedere videretur. Tum etiam ea, quæ Grammatici appellant Gentilia; ut *Aphrodiſeus*, Ἀφροδισεύς, *Halicarnaſſeus*, Ἁλικαρνασσεύς, *Apſyrteus*, *Patmieus*, *Phalereus*, *Sinopeus*, *Tyaneus*, Τυανεύς, ſimiliaque quamplurima, quæ apud Latinos vulgò terminationem in *enſis* accipiunt: de quibus dicendum mihi quod ſentio.

Undecimò. Gentilia Nomina, quæ à tertiâ declinatione Græcorum manant, tutiùs longè proferuntur penultimâ brevi, diſſolutâ ſcilicet duas in vocales Græcâ diphthongo. *Cur enim amabo diſcrimen inter Appellativa & Propria, Subſtantiva & quaſi Adjectiva ſtatuitur à Latinis, ubi nullum Græci agnoſcunt?* Ridiculus porrò fuerit, ſi quis Orphéus, Néreus, Protéus penultimâ longâ pronuntiarit: Ergò & qui Aphrodiſéus, Halicarnaſséus, Tyanéus, &c. *Si tamen Græcè tantùm*

tantùm hanc unam terminationem habeant. Quod propterea additum volui, ut omnes intelligant ejuſcemodi Gentilia apud Græcos duplicem interdum terminationem ſortiri in ὶς & αῖος, quod ſedula Stephani Byzantini, aliorumque lectio docere te poterit. *Ea ego tantum deprehendi* Ἀλυζδίς & Ἀλυζαῖος, Ἀλυζδίς & Ἀλυζαῖος, Ἀναγδίς & Ἀναγαῖος, Ἀρπαχίς & Ἀρπαχαῖος, *& forte alia ſed perpauca, quæ à fœmininis Secundæ deducta ſunt.* Quarè ubi conſtiterit de terminatione in αῖος, tunc haud gravatè conceſſerim penultimam indifferentem pronuntiari poſſe, ſin ſecus, ſemper corripiendam eſſe, maximè in iſtis *Halicarnaſſeus, Tyaneus,* &c.

Duodecimò tandem, quod ad Poſſeſſiva, ut vocant, orta ab ejuſmodi propriis Nominibus tertiæ Contractorum attinet, hæc pauca habe. *Primò,* illa deſinere communiter in εῖος, ut Πενθεῖος, Νηρεῖος, Ὀρφεῖος: *Penthéus, Neréus, Orphéus* penultimâ productâ. Martialis,

Quidquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro.

Statius,

I precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis umquam.

Secundò, terminationem iſtam εῖος Poeticè converti in ήϊος: ut Πενθήϊος, Νηρήϊος, &c. quæ Latini quoque ſæpiſſimè ſunt imitati, *Nereïus, Pentheïus,* &c. Ovidius,

Hic tecum Trœzena colam Pittheïa regna.

Lucretius,

Illo dulce melos Nereius extudit Heros.

Atque hoc Græci in aliis quoque Adjectivis & Subſtantivis, eorumque imitatione Latini frequentarunt, ut in *Phœbeius, Rhodopeius, elegeia, Cythereia,* &c. ut docuimus alio in loco.

Tertiò, ex iis Adjectivis ac Subſtantivis in εῖος & εία, & Latinè *êus* & *êa,* Subſtantivum vocalem fuiſſe de induſtria detractam, ut corriperetur penultima: ſic enim *Typhœus, Cyclopeus, Dædaleus, Æſopeus, Epicureus, Pelopeus,*

Pelopëus, ſimiliaque adjectiva: ſic *platea*, *chorea*, *conopeum*, &c. quæ penultimam producere deberent, eâdem brevi nonnumquam leguntur. Ovidius,

Saxa triumphales fregere Capharëa puppes.

Virgilius,

Nate Patris ſummi qui tela Typhoëa temnis.

Idem ibidem,

Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopëa ſaxa.

Ovidius,

Non ea Tydides, non audet Oilëus Ajax.

Propertius,

Dædalëum lino quum duce rexit iter.

Plura quoque occurrent Poetarum viridaria diligenter rimanti, quæ nos ſparſim Theſauro noſtro Proſodico ſeu Elencho integro inſeruimus. *Quartò*, neque hoc abs re fuerit obſervaſſe me Adjectiva derivata à fœmininis ſecundæ deſinere in *αῖος*, ut *Aſcræus*, *Corcyræus*, &c. ergò & *Cyrnæus*, *Europæus*, *Pagaſæus*, *Thymbræus*, aliaque innumera. Orta verò à cæteris maximè tertiæ Simplicium aut Contractorum, in *εῖος*, ut *Epicurëus*, *Achillëus*, *Prometheus*, *Anchiſëus*, *Palamedëus*, *Phryxëus*, & alia quam plurima, quæ liberali manu poteram Lectoribus offerre, *niſi jam ſat prata bibiſſent.*

De Anathemate *Schediaſma.*

GRæcè ſcribitur *ἀνάθημα* & *ἀνάθεμα*: de quibus vocibus conſulendam omnibus eruditis ſuadeo eximiam R. P. Petavii diſſertationem in doctiſſimis exercitationibus ad Juliani Imperatoris opera poſtremæ editionis. Nos iis quæ jam dudum parata ſervamus ad rem noſtram Proſodicam utemur paucis capitibus multa ſummatim complexi.

Primò, certum est ἀνάθημα significare ornamentum aut donarium templis consecratum atque suspensum. Sic Aurelius Prudentius in Hamartigeniâ.

Jam patriæ meminisse piget, jam mysticа frangunt
Organa, & externi laudant anathemata regni.

Id est, ornamenta, secutus principem Poetarum Homerum, qui Odysseæ libro primo μολπαὶ τ' ὀρχηστύς vocat ἀναθήματα δαιτός. Sic apud Platonem secundo de Republicâ ἀναθήματα τοῖς θεοῖς ἀναθεναι, apud Plutarchum in Romulo, ubi de Jove Feretrio, apud Thucydidem, Herodotum, Strabonem aliosque non modò profanos, sed & sacros Scriptores πᾶν δ' ἀνάθημα ὃ ἂν ἀναθῇ ἄνθρωπος τῷ κυρίῳ ἐξ ὑπαρχόντων Levitici capite ultimo, ut quidem legitur in Regiis Aldinisque LXX. Καὶ τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται. Lucæ capite 21. versu quinto.

Secundò, exploratum itidem est ἀνάθεμα, quâ voce Judæis quodammodo propriâ (ut multis sanctus Hieronymus in commentariis ad caput primum epist. ad Galatas exponit) *extrema detestatio, exitium capitale, execrandum* ac *detestandum caput, Diisque Inferis devotum* significatur, penultimam corripere, ut in Veteris Testamenti Tabulis, & apud sanctum Paulum non semel occurrit, ut omittam usitatam Patribus Græcis damnandi hæreticos in Conciliis formulam ἀνάθεμα ἔστω. Hinc ἀναθεματίζω *detestor, execror, abominor, diris devoveo*, pro quo apud Latinos usurpari *anathemo* docet sanctus Augustinus quæstione 41. in Librum Numeri. *Hinc dictum est* Anathema, *quod* detestabile & abominabile *videatur. Ut enim nihil inde victor in usus suos auferret, sed totum in pœnam luendam voveret, hoc erat* anathemare *quod vulgò dicitur* devotare. *Origo autem est hujus verbi in Græcâ Linguâ ab his rebus quæ votæ & persolutæ, hoc est promissæ & redditæ sursum ponebantur in templis* ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθημι *hoc est*, sursum ponere *vel* figendo *vel* suspendendo.

Tertium,

Tertium, haud ita plerisque pervulgatum est ἀνάθεμα sæpe sumi ἀντὶ τοῦ ἀνάθημα, & significare, ut ait sanctus Justinus Martyr quæst. centesimâ trigesimâ primâ ad Orthodoxos, ἢ τὸ ἀφωρισμένον θεῷ καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μὴ λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἀπολλοτριωμένον θεοῦ διὰ κακίαν: cui consentit Suïdas ἀνάθεμα καὶ τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ καὶ τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον. Sicque in utroque sensu sacræ Paginæ vocem illam usurpant cui in Hebræâ Dialecto respondet dictio *Cherem*, quæ longè sæpiùs per ἀνάθεμα quam per ἀνάθημα redditur. Numerorum capite 29. καὶ ἐπεκάλεσεν τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου ἀνάθεμα. Josue capite sequenti de subversione Hierichuntis, καὶ ἔσται ἡ πόλις ἀνάθεμα αὕτη καὶ πάντα. & capite sequenti de Achane sacrilego ἀνάθεμά ἐστιν ἐν ὑμῖν. Levitici capite 27. & ultimo in LXX. Interpretum Romanâ ac Plantinianâ seu Regia editione πᾶν δ' ἀνάθεμα ὃ ἀναθῇ ἄνθρωπος τῷ κυρίῳ. & paulò post πᾶν ἀνάθεμα ἅγιον ἁγίων ἔσται τῷ κυρίῳ, &c. ad quæ sic commentatur accuratus vir Nobilius Flaminius: *Alii retinent verbum græcum* Anathema. *Docet autem Isychius differre* Anathema *à* sanctificatione. *Nam quæ* sanctificata *sunt, redimi possunt: quæ autem* Anathemati *subjecta, non possunt. Sunt tamen qui multùm differre credunt* ἀνάθεμα *&* ἀνάθημα. *Sed in Codice Vaticano idem est,* ἀνάθεμα *atque* ἀνάθημα. Denique ut plura huc testimonia non congeram, in capite ultimo Libri Judith Aldina, Basileensis, Vecheliana, & quædam aliæ LXX. Seniorum editiones signatè habent verbum inter nos controversum ἀνάθεμα, ubi in Plantinianis Sixtianisque modò legitur ἀνάθημα, eodem tamen planè significatu, quamquam Latinus Interpres cum de suo addidit vocem *oblivionis*, quæ à Græco textu multis abesse existimatur, videatur ad priorem lectionem respexisse potiùs, quàm ad alteram, adeoque favisse plurimùm iis, qui penultimam, non, ut vulgò fieri amat, attollunt, sed omninò deprimunt, non secus atque in aliis omnibus

ſcripturæ locis, quæ Græcam hanc dictionem retinuiſſe noſcuntur.

Quartum, ἀνάθημα non ſolum ſignificare τὸ ἀνατεθὲν τῷ θεῷ & quocumque modo ſanctificatum, ſed etiam illud ipſum, licet rariùs, quod *cherem* Hebræi vocant, & in hunc finem Deo conſecrabatur, uti vel funditus deleretur tamquam abominandum & execrabile, vel ſaltem ſeparatum remotumque penitus ab uſu communi & commercio profanorum hominum, in locis dumtaxat ſacris conſervaretur: ut Theodoretus, Chryſoſtomus, Suïdas, aliique ſancti Patres & Eccleſiaſtici Tractatores docent, quorum verba diffuſius exhibentur capite 13. & ſequentibus Miſcellanearum ad Juliani opera Exercitationum adverſus Salmaſianam vocabuli hujus interpretationem. Inſcitè ergò cum quibuſdam arguas Aurelium Prudentium, dum de Achane verba faciens, cujus execrandum facinus refertur capite ſexto Joſue, hos effudit verſus in Pſychomachiâ.

Succubuit capto victis ex hoſtibus auro
Dum vetitis inſigne legens anathema ſavillis
Mæſta ruinarum ſpolia inſatiabilis hauſit.

Quintum, denique ac poſtremum tutò ubique in vulgato Bibliorum interprete etiam citato capite ultimo libri Judith penultimam nominis *anathema* corripi poſſe, eorumque damnandam inſcitiam, qui corripientes redarguunt.

His à longo jam tempore ſcriptis, adeoque & prælo ſubjectis, ſed propter innumera menda, quæ in Auctoris abſentiâ ſupina Typothetarum Correctoriſque invexerat negligentia, minimè publicam in lucem emiſſis, prodiit Lutetiæ Pariſiorum anno 1643. *Tractatus de rectâ nominis* Paracletus *pronuntiatione à doctiſſimo viro* D. Agno Benigno Sanrey ſacræ Theologiæ Doctore *editus, qui nonnulla quoque de duplici vocis* Anathema *pronuntiatu ſubtexuit, ubi citato noſtro* Elencho Proſodico, *quem conciſum brevibuſque comprehenſum ſpatiis ante ſeptennium vulgavimus, acriter atque*

eruditè

eruditè contra R. P. Bartholomæum Gavantum *disputat, admiscetque nonnulla, quibus se nonnihil à nostrâ discrepare sententiâ significat.*

Res adeò infeliciter cessit Gavanto, *inquit, capite* 49. ut cum de primo maximè loquutus sit, quod habet penultimam brevem, maluerit tamen illam longari. Cum alioqui rectè scribat Auctor Elenchi Prosodici Latino-Græci *Anathema etiam cum donum significat tutò penultimâ correptâ pronuntiari posse.* Cui auctori suffragantem do eruditissimum æquè ac sanctissimum Martyrem Justinum. Addamus & ipsammet Scripturæ auctoritatem siquidem 2. Machabæorum cap. 2. versu 13. ubi habemus *& Epistolas Regum, quæ erant de donariis* Græcè sic legitur καὶ ἐπιστολὰς τῶν βασιλέων περὶ ἀναθημάτων. Verum quia Auctor ille præterea addit, *nullum esse in totâ scripturâ locum, ubi Anathema penultimâ productâ pronuntiari debeat, cum in omnibus Græcè scribatur per secundam vocalem, etiam in capite ultimo Judith,* ne ampliùs paulò quam par est videatur asserere, rem tantillò diligentiùs expendamus. Tùm capite sequenti.

Patet non ita certum videri, quod Auctor ille Elenchi Prosodici, vir alioquin eruditus & de re literariâ bene meritus aiebat *Anathema* in capite ultimo Judith, Græcè scribi per secundam vocalem. Nam in Bibliis non Plantinianis modò sed Sanctandreanis quoque, & in aliis bene multis, legitur sic καὶ τὸ κωνώπιον ὃ ἔλαβεν ἐκ τῆς κοίτης αὐτῆς εἰς ἀνάθημα τῷ κυρίῳ ἔδωκε, *& conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius obtulit in Anathema oblivionis:* seu, ut vertit Vatablus donarium Domino consecravit. Unde Breviaria Romana emendatiora in Officio Sabbati hebdomadis quartæ Septembris, ubi locus ille refertur Lectione primâ habent *Anathèma* cum accentu circumflexo in penultimâ; cum tamen alibi semper vocem illam acuant in antepenultimâ. Nec verò hoc novum est Hagiographis, ut Anathema hoc sensu scribant per η Græcum: nam Levitici 27. v. 28. ubi legimus omne quod Domino consecratur,

consecratur, Septuaginta habent πᾶν δ' ἀνάθημα (*non consuluit haud dubiè vir eruditus.* LXX. *Sixti Pontificis, sive Romanæ, sive Parisiensis editionis, nec attendit ad annotata viri clarissimi Flaminii Nobilii, ut hæc obiter dictis ipsius interseram.*) Et ibidem versu sequenti, ubi habemus, *& omnis consecratio*, vertunt illi καὶ πᾶν ἀνάθημα. Præterea hinc etiam patet infirmam esse rationem quam Auctor ille addit, ut probet nullum esse in totâ scripturâ locum, in quo Anathema penultimâ productâ debeat pronuntiari, *cum in omnibus*, inquit *scribatur per secundam vocalem*. Ex his, inquam, labat ista ratio. Quia cum Latinus interpres & Græci non semper eodem modo explicent Hebræum, hinc fit, ut interdum vocem *Anathema* omittant. Quamquam ex Hebræo & sacris interpretibus clarum est his in locis agi de Anathemate in sequiore sensu; atque adeò fatendum est, ibi quoque vocem illam pronuntiandam esse penultimâ correptâ, quandoquidem certissimum est, illam semper (atqui hoc falsissimum esse ostendimus supra pronuntiato quarto) hoc sensu Græcè scribi per secundam vocalem. Ex quo denique patet nihil hinc juvari Gavantum. Cum potiùs, illo uno loco Judith excepto, *Anathema*, penultimâ correptâ tutò posse pronuntiari, etiam cum *donum* significat, ut rectè dicebat Auctor ille, manifestè constat ex his quæ attulimus ex Machabæorum historiâ, ubi donaria dicuntur ἀναθέματα & ex Levitici capite 28. ubi quæ ex voto redduntur, appellantur ἀνατεθεματισμένα, & etiam ἐπιθέματα. Quæ omnia efferuntur per epsilon.

Hæc & iis longè plura vir politioris literaturæ apprimè peritus, quibus tria quatuorve in meæ opinionis patrocinium breviter repono.

Primum est, capite ultimo Historiæ Judith *Anathema* penultimâ brevi pronuntiandum esse, quod contractâ in syllogismum argumentatione sic conficio. Illud Anathema quod apud Græcos Latinosve sacræ scripturæ interpretes respondet voci Hebraicæ · · · ‘ Cherem

rectiùs

rectiùs penultimâ brevi effertur quàm productâ, ſive res illa Deo vota, oblata, donata, dicata, ac conſecrata deleri omninò, peſſundari, conſumi, vitamque profundere debuerit, ſive tantùm civili quadam morte deſinere, hoc eſt à profanis uſibus ad ſacros transferri, æternumque divino cultui mancipari, ut ne quidem quovis oblato precio aut quocumque in caſu licita fuerit illius redemptio, ut pluribus explicant Tirinus, Bonfrerius, Petavius, à Lapide, aliique ſacrarum literarum enarratores doctiſſimi; venit enim à themate ... *Charam* quod Hebræis ſonat *vaſtavit, deſtruxit, perdidit, corrupit*, &c. redditurque à LXX. Senioribus modò ἀναθεμάτισε, modò ἐξωλόθρευσεν, ἠφάνισεν, ἀπώλεσεν, ἐφθόρασιν, ἠφάνισεν, ἐπάταξεν ἄρδην, ἀφώνωσε, &c. Et ſanè vox iſta *cherem* in uno tantum veteris inſtrumenti capite vertitur in ἀνάθημα, neque id occurrit in omnibus codicibus, aut certè emendatioribus, quales ſunt Vaticani, ex quibus expreſſa fuit editio Romana Sixti Quinti, ut vel ipſi ultrò fatentur adverſarii. Atqui, ut in rem præſentem veniam, tale eſt *Anathema* illud quod occurrit capite ultimo libri Judith, reſpondetque omninò Hebraïcæ voci *Cherem*, neque alium ſenſum recipere poſſunt hæc verba καὶ τὸ κωνωπεῖον εἰς ἀνάθημα τῷ κυρίῳ ἔδωκε, *& conopeum obtulit in Anathema*, ſeu ex verſione Vatabli, *donarium Domino conſecravit*, quàm qui à Moyſe intelligitur capite ultimo Levitici; aliiſque pluribus Pentateuchi locis, ut res illa nimirum ſummo conſecrationis ritu divino Numini mancipata, uſu communi interdicta eſſet atque ſepoſita, tamque arctâ religione obſtricta, numquam ut redimi, diſtrahi aut commutari poſſet: nemo quippe prudens ſibi perſuaſerit ſanctiſſimam Heroïnam vaſa bellica, conopeum, ſimiliaque opima Holoferni detracta ſpolia in Hieroſolymitanum detuliſſe templum, ut ſolius ornatus gratiâ parietibus, columnis, aut lacunaribus fixa penderent, & pro Sacerdotum libito profanis uſibus commerciiſque poſſent deputari, communibus illotiſque

illotisque passim contrectari manibus, compensari pretio ac recuperari. Accedit quod vulgatus interpres, ut mentem Scriptoris sacri significaret apertiùs καὶ ἐμφατικώτερον ὅτι μάλιστα, in probatissimis quibuscumque codicibus *Anathemati* vocabulum *oblivionis* subjunxerit, non quidem, ut interpretantur Serarius, Tirinus, Menochius, à Lapide, & quidam alii, quia dicatum erat Deo ad arcendam tanti beneficii & victoriæ apud posteros oblivionem, nec, quæ mens est Emanuelis Sa & Sanctii, quia oblivionem afferebat præteritæ famis, sitis, & mille ærumnarum, quas ante ab Assyriis passi fuerant Judæi, sed quia quod verè *Cherem* erat, & votum seu donarium Deo æternùm addictum, quasi jam deletum omninò, perditum, abolitum, consumptum, mortique ac gladio destinatum, sempiternæ apud homines oblivioni traderetur, nefasque esset ad pristinos usus revocare, ac si reipsâ sublatum ex oculis καὶ ἀναπεδεμαπσμένον ex mortalium etiam omnium memoria ac recordatione penitus excidisset. Displicuit verò plurimum præpostera quorumdam temeritas, qui vulgatam, quâ utimur, editionem erroris insimulare non veriti, *oblivionis* vocabulum, quod modo legitimæ interpretationi reddidimus, mutant in *oblationis* hoc sensu, *conopeum obtulit Anathema oblationis*, id est, donarium seu oblationem oblationis Deo obtulit, quod absonum esse eruditis auribus, ut nihil gravius dicam, nemo non videt.

Alterum est, minùs videri validum, quod adversus dogma nostrum ex Lectionibus Breviarii texitur argumentum, ut tum passim in erudito ad mensam Lectore, tum passim in Elencho nostro docuimus, ac porrò docebimus paulò post in censurâ quorundam Gavanti πεπωρωμένων ὀφθαλμάτων, qui Romæ scribens pensi haud habuit insperfas libris illis sacris accentuum pronuntiationisque notulas in omnibus servare religiosiùs. Præterea si quid virium momentique habeat hæc ratio, actum est de causâ *Paracleti*, quam undique

undique magno ſtudio conquiſitis ex omni literaturâ Hebraïcâ, Græcâ, Latinâ ac Gallicâ firmamentis fulcire aggreſſus eſt Benignus Sanreyus, periitque labor ejus omnis, atque induſtria in leves evanuit auras ; cum in Miſſalibus, Breviariis, aliiſque Eccleſiaſticis voluminibus, non ſemel, ut ipſe nobis opponit, ſed centies, etiam ubi vox illa numeris alligata verſuum non eſt, certum ſit omniumque oculis obvium *Paraclitum* ſcribi notatâ accentu ſeu apice proſodico antepenultimâ, proindeque penultimâ correptâ pronuntiari debere ; quod ipſe fortè minùs attendit, cum ſimilia nobis objiceret.

Tertium denique, uti cætera reſecem, non ſatis accuratè perceptam à docto viro, quam in medium protuleram rationem, paucioribus fortè verbis ob affectatam brevitatem, quàm ut ab omnibus commodè poſſet intelligi. Propoſitum itaque fuerat mihi oſtendere nullum eſſe contextum in vulgato Bibliorum interprete in quo nomen *Anathema* penultimâ productâ pronuntiari neceſſariò debeat, ſed tutò poſſe ubique corripi, quòd ſcilicet omnibus illis in locis Græca vox Latinæ, de quâ controvertitur inter doctos, reſpondens per ſecundam vocalem ἀνάθεμα ſcribatur, etſi non in omnibus, ſaltem in quibuſdam exemplaribus : quod veriſſimum eſt, ut ſupra oſtendimus in capite ultimo libri Judith : & de Epiſtolis Divi Pauli, ac libris Numerorum, Deuteronomii, Joſué, Judicum, Paralipomenon, Zachariæ & Malachiæ Prophetarum haud gravatè concedent adverſarii, etſi in Græco contextu non ipſa vox ἀνάθεμα ſemper, ſed ὁλοθρεύσεις interdum vel adverbium ἄρδην, aut quid ſimile atque æquivalens reperiatur.

De AREOPAGO.

AReopagus Græcè Ἀρειόπαγος, vel, ut ſæpius ſcriptum occurrit divisâ in duas partes dictione Ἄρεως πάγος, penultimam abſque ullâ controverſiâ corripit: πάγος quippe apud Homerum, Lycophronem, &, ut verbo dicam, apud omnes Græcos Poetas primam corripit, quemadmodum & ipſe docet accentus vel imperitiſſimos quoſque. Videant ergo, qui Calepini ſimiliumque Grammatiſtarum errorem mordicus defendunt, quid ad hæc noſtra argumenta reſpondeant.

Nam primò Euripides in Oreſte totam litem apertè dirimit his verbis.

Καὶ πείν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
Κείναο' Ὀρέστα.

Ne verò dubia cuipiam fortè videretur ejus vocis originario, quem priùs Ἄρειον πάγον nominarat, paulò pòſt appellat Ἄρειον ὄχθον, quæ vox ab alterâ quantitate dumtaxat diſcrepat, non ſignificatione.

Deinde conſtat apud eruditos *Areopagum* collem vel tumulum Martis ſignificare, non ut ineptè vulgaria Lexica, vicum Martis, multò minùs pagum aut fontem. Conſulantur Pauſanias, Heſychius, Suïdas, aliique probati Grammatici, qui in loco editiore ſitam fuiſſe Martis Curiam affirmant omnes. Unum profero inter cæteros Stephanum Byzantium libro de Urbibus Ἄρειος πάγος ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐννάτῳ, &c.

Videantur præterea Theſaurus linguæ Græcæ Henrici Stephani, Gallicus Interpres ſancti Dionyſii Areopagitæ in eruditiſſimis notis, Emmanuel Alvarez noſter ſub

ſub finem Grammaticæ, ut cæteros prætermittam recentiores ejuſdem veriſſimæ ſententiæ propugnatores. Quòd ſi non ſatis ſit in Græcis literis momenti ad extorquendam à pertinacibus adverſariis veritatem, ſcandant amabo Ennii ſenarium apud Varronem.

Areopagiticam eâ de re vocant petram.

Piget enimverò pluribus refellere eorum inſulſitatem, qui vocabulo Græco, eique antiquiſſimo Latinam originem decernunt, unumque monſtrum hybridæ vocis ex diſparibus membris coagmentant, aut Atticis Athenis Doricâ dialecto παγάν pro πηγήν in uſu fuiſſe argutantur, præſertim cùm ex antiquis ſcriptoribus nemo hactenus dixerit Areopagum à *fonte*, aut proximo fontanis aquis pago, ſed à *colle* aut ſcopuli vertice deſcendiſſe omnes fateantur.

Sed hæc jam pro inſtituto plus ſatis, ut enim alibi monuimus, contrarius error ab iis profluxit, qui ſuperioribus ſeculis ex ſummâ linguæ Græcæ inſcitia *Ethnicos* ab Æthnâ monte, *Diadema* à *duo* & verbo *demere*, *implano* quo bis utitur vulgatus Eccleſiaſtici Siracidæ interpres ab adjectivo *planus*, *abyſſum* à byſſo id eſt lino ſeu cannabe, *calicem* à calore, *ſymbolum* à bolo ſeu fruſto, *eleëmoſynam* ab Eli, quod eſt Deus, & Moy, quod eſt aqua, ἅγιον ſanctum quaſi *ſine terrâ*, *cœmeterium* à cimicibus, *phylacterium* à phylare quod eſt ſervare, & therith, quod eſt lex, & ſimilia ab aliis vocabulis haud minùs ridiculè derivarunt.

Antequam verò ad alia progrediar, obſervandum moneo R. P. Jacobum Tirinum qui vulgaria Italorum Belgarumque Typographorum peccata, ut aliàs monuimus, ubique ferè mordicus tuetur, in hac voce à ſuis deſciviſſe potenti veritatis virtute coactum, noſtraſque partes ſequutum *Areopagi* antepenultimam, non ut illi penultimam, lineolâ ſeu accentu acuto notaviſſe.

De AZYMIS.

AZymus *absque fermento* vocabulum est origine Græcum, cujus quantitas dubia mihi extitit ab eo tempore quo Græcorum libros attentiùs volutare cœpi. ζύμη enim sive ζύμωμα, id est, *fermentum*, primam producit syllabam, seu respicias auctoritatem Nicandri in Alexipharmacis, ubi de fungo agit, 523.

Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀέρα κήδοι:

Necnon sancti Gregorii Nazianzeni carmine 40.

Ζύμην κρυπτομένην, ὤνιον ἀγρὸν ἔτι.

Seu conjecturam Etymologistæ, qui eodem modo ζύμην à ζέω, quo ῥύμην à ῥέω derivat, at hoc ultimum penultimam producit sicut ῥυμός, χυμός, & alia similiter finita. Verba magni Etymologici ea sunt ζέω ζύμη, ὡς λύω λύμη, δύω δύμη, &c. quæ per otium curiosus consulet Lector.

Quid ergò hic mihi dicendum venit, cùm omnes docti indoctique passim *azymos panes* penultimâ correptâ efferant? an omnes errare? absit. An Prudentii versu, quem ἀβασανίστως citant Smetius aliique vulgares Prosodiographi in errorem illum re minùs consideratâ prolapsos? an potiùs habitam rationem accentus Græci, qui antepenultimam nominis ἄζυμα occupat? at in obliquis ἀζύμων, ἀζύμοις, ἀζύμους in penultimam retrahitur: unde dicendum esset in *azymis sinceritatis* penultimâ producta. Sed de his sufficiat monuisse eruditos, ipsi quid sentiendum sit, sincerè ac sine fuco judicabunt.

De

De EXCETRA.

EXcetra vox Latina *Hydram* apud veteres ſignificans, penultimam certo certiùs corripit, contra quam Calepinus, Theſaurus linguæ Latinæ Roberti Stephani, Pareus in Lexico Plautino, aliique vulgò exiſtiment, dum penultimam accentu circumflexo notare non verentur. Fundus opinationis meæ eſt Actii ſeu Attii Tragœdia *Trachiniæ* inſcripta atque ex Græco Sophoclis penè ad verbum expreſſa: cujus quinque ſupra quadraginta integros ſenarios verſus uno tenore recitat Cicero, libro Tuſculanarum Quæſtionum ſecundo, ex quibus quinque nobis modò ad inſtitutum ſufficient.

O pectora! ô terga! ô lacertorum tori!
Veſtrone preſſu quondam Nemeæus Leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Hæc dextra Lernam tetrâ mactatâ excetrâ
Placavit? hæc bicorporem afflixit manum, &c.

Quibus contraria adverſariorum eliditur ſententia. Quid enim ad hoc reſpondeant? Rectè ergò atque eruditè cecinit nonnemo.

O Calve patriæ perfuga, Lemani excetra,
Monſtrum Genavæ, vomica Tartareæ Stygis, &c.

At objiciunt Plautum bis vocem illam uſurpantem Perſæ ſcilicet initio, *ubi Herculis labores enumerat*, & Pſeudoli Actu primo, ſcenâ ſecundâ, ubi *meretriculam quamdam* aculeato ſcommate *excetram* appellat, hoc eſt *hydram*: ſed neutrobi adverſariis ſuffragatur Plautus, noſtras potiùs in partes ultro conceſſurus ſi ejus ope nobis opus eſſet. Obiter quoque caſtigandi Camerarius, Lambinus, Pareus & quidam alii, qui in poſteriore

ſteriore Plauti loco *excetram* interpretantur *viperam*, cum nemo, quod viderim legerimque, ſimilem huic voci ſubeſſe ſenſum aſſerat, aut ab ἔχις derivet, ſicut neque *porcetram*, ſimiliſque exitus, ii quæ ſint, alia vocabula. Eſto enim eadem Hydra Lernæa ab Ovidio dicatur *echidna*, quæ vox manifeſtè Græca eſt & *viperam* ſeu *viperulam* ſignificat, nemo tamen viciſſim, aut *excetram*, aut ipſum etiam *Echidnæ* nomen, pro quacumque uſurpavit *viperâ*: verum hæc alterius fortè ſunt loci.

De MARTYRIO.

MArtyrium ſive cædem Martyris obitamque pro Chriſto glorioſam mortem, ſive teſtimonium quodcumque, ſive Arcam fœderis, quâ Legis Moſaïcæ Tabulæ continebantur, ſive Baſilicam aut templum ſacellumve dicatum Martyribus, ſive locum ubi ſervantur alicujus Martyris reliquiæ ſignificet, penultimam ſemper corripit, quod quia negant pertinaciùs nonnulli in Græcorum librorum lectione haud ſatis ſtudiosè verſati, id modò pluribus firmandum documentis ſuſcipio.

Concilium Laodicenum canone nono μὴ συϛχωρεῖν εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια. ubi Zonaras τοὺ οἴκους ἐν οἷς τὰ ἐκείνων ἐτέθαπτο σώματα, μαρτύρια ἔλεγον. *Ædes in quibus Martyrum ſepulta erant corpora, martyria appellarunt.* Similiter actione quartâ Concilii Chalcedonenſis ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας καὶ πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας. In Theſauro Henrici Stephani mendosè citatur canon ſextus ejuſdem Concilii Chalcedonenſis, nam in octavo dumtaxat memorantur οἱ Κληρικοὶ τῶν μαρτυρίων, id eſt ut explicat Zonaras τῶν ἐπ' ὀνόματι μαρτύρων οἰκοδομηθέντων ναῶν. *Clerici templorum in honorem*

honorem Martyrum constructorum eorumque nomina præferentium.

Idem occurrit in Actis Concilii Ephesini τάτε ἅγια μαρτύρια καὶ τὸ ἅγιον Ἀποστόλιον ἀπέκλεισε, apud sanctum Chrysostomum sermone de Ascensione, Athanasium de passione Imaginis Dei, aliosque Græcos Patres frequentissimè. Ad Historicos Grammaticosque veniamus. Eusebius libro tertio de vitâ Magni Constantini capite 47. τὴν πόλιν *à se recens exstructam ad Bosphorum Thracium suoque decoratam nomine* εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδευνε, μαρτυρίοις μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις. Sozomenus libri secundi capite 26. ἐξεργασθέντος τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ περὶ τὸν Κρανίου χῶρον, ὃ μέγα μαρτύριον προσαγορεύεται. Accedat Socrates libro quarto cap. 18. ubi de Edesseno templo sancti Thomæ Apostoli, ut omittam Theodorum Anagnosten eclogâ secundâ, Menologium aliosque rituales Græcorum libros: & ex Latinis Hieronymum in Chronico, Concilium Carthaginense primum, Walafridum Strabonem, Flodoardum, Concilia Galliæ, &c. in quibus vox ista Martyrium pro templo seu æde sacrâ occurrit.

Ubi ergò docti illi viri suum μαρτυρεῖον penultimâ productâ fabricati sunt? nam nec apud Hesychium, Suidam, Phavorinum, aut Henricum Stephanum reperient, nec in canonibus Conciliorum, Patrum Historicorumque probatis monimentis. Fateor quidem à Sozomeno lib. 8. capite 17. ἀποστολεῖον vocari Ecclesiam à Rufino in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli constructam in suburbio Chalcedonis, & in Menologio atque Eclogis Theodori Lectoris προφητεῖον de basilica sanctorum Samuelis ac Joannis Baptistæ, ut pluribus Bulengerus, Meursius, aliique linguæ Græcæ & politioris literaturæ consulti: sed quid inde præsidii adversus tantam testium nubem à nobis in medium productorum?

De PARACLITO.

Paracletum pronuntiari debere penultimâ productâ nemo ambigit, cum Græcè ſcribatur παράκλητος, id eſt *advocatus*, *conſolator*, *defenſor*, *patronus*, à verbo παρακαλέω, ſed à pluribus annis Grammatici certant an Paraclitus penultimâ brevi poſt Prudentium alioſque Poëtas atque Hymnographos ſacros efferri poſſit etiam in oratione ſolutâ, cum ex ambone, pulpito, aliove loco Evangelia, Homiliæ ſanctorum Patrum, ſimileſque Eccleſiaſtici leguntur libri. Ego ſic breviter cenſeo, quod ad penultimam illius nominis ſpectat, quæ errore in vulgus à pluribus ſæculis vel ex originationis ignorantiâ, vel præjudicio accentus antepenultimam apud Græcos occupantis, vel imitatione quorumdam Poëtarum propagato, & apud omnes doctos indoctoſve paſſim recepto corripitur, eam certo certiùs longam eſſe naturâ ſuâ ſive *Paracletus* ſive *Paraclitus* dicas, ut etiam accidit in *Agapito* & *Agapeto*, *Theodorito* & *Theodoreto*, *Porphyrogennito* ſeu *Porphyrogenneto* ac ſimilibus; tolerandos tamen eos eſſe, qui antiquæ conſuetudini morem gerentes eam inter pronuntiandum deprimunt, modo ipſi fateantur nullum cauſæ ſuæ patrocinium præter inveteratam ac veluti πατρικὴν παράδοσιν traditionem accedere. Jampridem enim præſcripta eſt eorum inſcitia, qui Paraclytum per ypſilon ſcribendum putabant, cùm παράκλυτος, *famoſus* ſit, *infamis*, atque oppoſitus τῷ κλυτὸς, ut Lexica docent; & qui per iota ſcribere & à παρακλίνω derivare contendunt, à veterum librorum nde, Sanctorum Patrum interpretationibus ac communi fidelium ſenſu omninò recedunt, ſeque ſolos ſuæ ſententiæ auctores

auctores & approbatores habent, ut ante septennium scripsimus in nostro Indice ad eruditum sacræ Scripturæ Lectorem, quem laudat qui de toto hoc argumento ante biennium prolixissimè disputavit Agnus Benignus Sanreyus Belnensis in Burgundiâ Ecclesiastes.

De SYCOMORO.

MOROSUS, *moralis*, *moriger*, *moratus* & similia derivata à cremento nominis *mos* primam producunt, quemadmodum & *morio*, *morologus* & *moror*, id est, insanio, à Græco μωρὸς id est, stultus, deducta, necnon apud Poetas Latinos *morus* arbor & *morum* fructus. Virgilius,

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Ovidius,

Ardua morus erat gelido contermina fonti.

Græcè verò *morus* arbor dicitur μωρέα & fructus ejus μόρον vel μόρος primâ correptâ, ut tum ex ipsis veterum libris patet, tum maximè ex versibus Sophoclis & Nicandri apud Athenæum.

Ἔπειτα φοινίξαντα στρογγύλον μόρον.
Καὶ μορέης, ἣ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι
Πρῶτον ἐπαγγέλλουσα βροτοῖς ἡδεῖαν ὀπώραν.

Neque verò hoc loco prætermittenda Henrici Stephani observatio paginâ 1666. Tomi secundi Thesauri Linguæ Græcæ, ubi cùm dixisset etiam μῶρον in probatis codicibus nonnumquam legi, & μωρόσυκον ac μορόσυκον, συκόμωρον ac συκόμορον, συκομωραίαν & συκομορέαν utroque modo reperiri, tandem hoc subdit: verum μῶρον per omega scribendum Plinii auctoritate probari posse videtur, quippe qui *morum sapientissimam arborum* vocans ad nomen tanquam ex adverso im-

positum respexisse dici fortasse queat. Accedit Dioscorides qui συκόμωρον dictam putat διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως quasi *fatuam ficum* dixeris.

Certè huic explicationi apertè patrocinatur sanctus Gregorius Romanus Pontifex cap. 17. libri similiter 17. Moralium in Jobum, aliique vulgò Interpretes sacri ad caput 19. Evangelii sancti Lucæ, ubi συκομορέα vertitur Latinè *Sycomorus*: nam in aliis Regum ac Prophetarum locis, ubi vulgata editio habet *sycomorum*, Græci LXX. Seniorum codices συκάμινον exhibent, cujus penultima corripitur in illo senario apud Athenæum.

Ὁ συκάμινος συναμίνυς ὡς ὁρᾷς φέρει.

Quare cùm in pronuntiatione hujus vocabuli attollere vel deprimere penultimam licitum sibi plerique existiment, saltem apud prophanos scriptores; eorum nihilominùs partes libentiùs sequor, qui in lectione Evangelii sanctorumque Patrum atque Ecclesiasticorum Tractatorum *sycomori* quam passim *fatuam ficum* interpretantur, penultimam ubique attollunt: immò & in quibuscumque aliis veterum recentiorumque scriptis, cùm eâdem planè lege teneri debeat compositum, quâ ipsius simplex ac primitivum obstringitur, quod à Græcis ad Latinos derivatum nativam suam quantitatem, ut de lino, pisis, ac quibusdam aliis observavimus, omnium consensu intendit.

De TORCULARI.

TORCULAR, quod Sosipater aliique γραμματικῶν παῖδες etiam torculare appellant, secundam habet admodum controversam.

Qui vulgò producunt inter pronuntiandum hæc in aciem educere poterunt. Primò, auctoritatem Prisciani summi,

ſummi, ut fatentur omnes, Grammatici, qui in libello de Accentibus *Torcular*, *lucunar*, *pulvinar* penultimam producere docet: ſed hic in eodem libro crementum nominis *mulier* produci contendit, & in aliis multis inſigniter peccavit: Unde cum Deſpauterio multi denegant libellum hunc fœtum eſſe Priſciani. Secundò, verſus proferri poterunt Poetarum, Fortunati, aliorumque, ſed vel recentiorum vel exiguæ apud doctos viros auctoritatis. Fortunatus,

Calcaturus erat qui torcularia ſolus.

Riga in Lucam,

Erexit turrim, torcular fodit in illâ.

Tertiò, ſuccenturiabunt Tortellium, Nebriſſenſem, Auctorem Theſauri Linguæ Latinæ, Neſtorem, Stoam, Smetium, plurimoſque alios recentioris memoriæ ſcriptores.

Alii ex adversâ parte doctiſſimi hujuſce ætatis homines, Primò, tutantur ſe auctoritate graviſſimâ Nonii Marcelli, qui *torcular à torculo* ſicut *ſpecular à ſpeculo* derivatum aſſerit. Secundò, favet analogia & ſimilitudo utriuſque vocis *torcular* & *ſpecular*. Tertiò, audivi qui diceret corripi à Divo Paulino, ſed verſus mihi nondum occurrit. Quartò, ita ſentiunt Sulpitius & Ferrettus quos laudat & ſequitur Deſpauterius, quem vide pagina 555. editionis Stephani. Quintò, iis adjungendi Tirinus, Gavantus, Calepinus, aliique plurimi non vulgaris inter eruditos auctoritatis.

Egò verò, ut hic quoque ſententiam interponam meam, cum Emanuele Alvare in Compendio & quibuſdam aliis cenſeo penultimam illam variari poſſe: produci quidem, ut conſuetudini morem geras, corripi verò, ut rationi, nam & *torculus* funis & *torculum* & *torcularium* penultimam abſque ulla controverſiâ corripiunt.

De TROGLODYTIS.

TRoglodytæ populi non longè à rubro mari incolentes à ſpecubus ſeu cavernis in quibus habitabant Τρωγλοδύται à Græcis dicti, & animalia quæ dicuntur ab Ariſtotele τρωγλόδυτα penultimam abſque ullâ dubitatione corripere debent, quidquid cum mendoſis dictionariorum quorumdam centunculis tinniant nonnulli, qui libri ſecundi Paralipomenon capite duodecimo peſſimè pronuntiant vocem illam, futili neſcio quâ perſuaſione ducti, nam neque rationem ullam, neque auctoritatem prætexere poſſunt, quæ nobis abunde ſuppetant.

Primò, ut accentum omittam, qui librariorum culpâ nonnumquam fallit, ſtat à me Homerus, qui in Batrachomyomachiâ in τρωγλοδύτης nomine proprio cujuſdam muris, & in τρωγλοδυνῶ cavernam ſubeo penultimam corripuit. En ipſos ejus verſus 52. & 212. aut 205.

Ἡ καὶ τρωγλοδυνόντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνει.
Τρωγλοδύτην πέτρᾳ μυλοειδέϊ τρῶσεν ἐπιφθάς.

Secundò, vel ipſis tironibus notum Ammodytes, Pſammodytes, adytum, δύσις, & ſimilia derivata à δύω penultimam corripere.

Ammodytes, ſpinâque vagi torquente ceraſtæ.

Lucanus libro nono, & Virgilius libro quinto,

Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis.

Calaber Smyrnæus,

Ἄχρις ἐς ἀντολίην τε καὶ ἀκάματον δύσιν ἔλθῃ.

Sophocles,

Πέπλυστε νεῖ, λινοπλόκυστ' ἐπενδύτας.

Anthol.

Ἔνδυτα καὶ ξανθὺς ἐκρέμασε πλοκάμους.

Neque

Neque verò omittendum in Regiis LXX. citato Scripturæ loco ex Hebræis fontibus pro Τραγλοδύται & Αἰθίοπες occurrere Σουχεὶμ καὶ Χουσεὶμ.

Atque hæc selecta ex Thesauro nostro Prosodico æqui bonique consulat Amicus Lector, cui cætera, quæ de controversis apud eruditos vocibus ante septennium scripsimus præsertim de sequentibus *Abbatia*, *Academia*, *Acidè*, *Allophylus*, *Andreas*, *Apsida*, *Aratus*, *Berytus*, *Butyrum*, *Cinyra*, *Chemia*, *Chrysoprasus*, *Corbonas*, *Cunila*, *Debbora*, *Elatæpalmarum*, *Eugenia*, *Granicus*, *Hemina*, *Idea*, *Idolothytum*, *Insuber*, *Labarum*, *Latro*, *Lautia*, *Lysimachia*, *Marticora*, *Maria*, *Mopsuestia*, *Nisyrus*, *Omphale*, *Pharsalus*, *Philadelphia*, *Phrenesis*, *Pituita*, *Porsena*, *Porphyrogennitus*, *Pituita*, *Resina*, *Salome*, *Stymphalus*, *Sycophantia*, *Tentyra*, *Thermodon*, *Ticinus*, *Trygon*, *Vascones*, *Zabulus*, aliisque innumeris communicare non gravabor, cum primùm ex Bibliopolæ, cujus fidei ante plures annos Elenchum nostrum credideram, hæredibus schedas meas omnes recuperare concessum fuerit. Interim ex oblato specimine discent omnes quantâ accuratione ac diligentiâ in stabiliendis decretis nostris prosodicis fuerimus hactenus versati. Ac ne quid desit, ecce tibi mantissæ loco partem aliquam delibatam ex Censurâ Grammaticorum recentiorum, qui cùm se aliis duces præbere voluerint, sæpiùs tamen à recto tramite deflexerunt. Unum verò ex iis seligo Gavantum, de quo hæc postea deprehendi scripta à doctissimo viro Agno Benigno Sanreyo pagina 283. laudati supra de Paracleti pronuntiatione Opusculi: *Meam auxit admirationem, quod ipse Gavantus annotavit de nomine* Anathematis. *Nam cætera quidem ad Sanctuarii pondus expendere non est operæ pretium. Verbi gratiâ cum scribit* accersitur & arcessitur *penultimam habere communem, communiori tamen usu illam produci in* accersitur *uti*, inquit, *quartæ conjugationis*; *corripi verò, in* arcessitur, *uti tertiæ. Nam si* arcessitur *solius est tertiæ, ut verè est, quâ lege ancipitem habebit penultimam?*

accersitur

accerſitur *verò, quemadmodum penultimam ſemper producit, quando eſt ab* accerſio *quartæ conjugationis, ita ſemper corripit, quando eſt ab* accerſo *tertiæ, quo pacto longè frequentiùs flectitur & uſurpatur. Illa, inquam, & ſimilia percurrere forſitan expediret;*

Verum hæc ipſe quidem ſpatiis diſcluſus iniquis
Prætereo, atque aliis poſt me excutienda relinquo.

Hoc ego hortatore benevolo καὶ ἐργοδιώκτῃ non verebor quæ à pluribus annis inter liturarias chartas premebam, in communem utilitatem, quam mihi unam præ oculis pono, publici juris facere.

De CENSURA PROSODICA.

Ἀποσπασμάτιον.

REverend. P. Bartholomæus Gavantus Præpoſitus Provincialis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, vulgò Barnabitarum, & ſacræ Rituum Congregationis conſultor, ſectione primâ Commentarii in Rubricas Breviarii Romani cap. 5. titulo 5. numero 5. hæc habet: *Ad exactam prolationis formam, & præſertim in choro, valde juvat cognitio verborum Grammaticalis, quænam corripienda ſunt aut producenda: Et quia rudioribus etiam ſum ego debitor, addidi ad calcem hujus operis eorum verborum notulam, quæ in Breviario Romano ſparſim habentur, & in quibus plurimi hærere poſſunt, & ſolent.* Tum ſubnectit, *Martyrologii nomina dubiæ Pronuntiationis, ordine Alphabetico collecta juxta regulas* (ut ait, quàm verè videbimus infra) *peritorum Grammaticorum, ad uniformem uſum Clericorum Regularium S. Pauli.* Idem quoque Gavantus in fine Appendicis ad Rubricas Miſſalis hæc in fine ſubjungit, *Impulerunt*

me

me insignes Episcopi, ut in gratiam minùs peritorum sacerdotum ea separatim colligerem, quæ Missalis sunt propria, ne contingat ullus error in legendâ Missâ.

Hæc ille, qui quantò cæteris in Ritibus sacris exponendis visus est antecellere, tantò in Prosodicis istis explicandis graviùs peccasse convincetur sequentibus paragraphis.

---

§ PRIMUS.

Penultimam malè Producit in sequentibus.

Agileus & similibus multis, quid ergò Achillei, Peleus, & similia ipse corripit.

Amasias, sed hoc familiare Gentilibus suis peccatum pluries peccavit.

Amastride, audiat verò Suidam ἔστι δὲ καὶ Ἀμασεὶς πόλις ἐν πόντῳ πλησίον ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμάσεως: qui autem similium nominum crementa nesciat omninò corripi, hunc Græcæ quantitatis oportet esse haud multum peritum.

Ananias, ut *Amasias*, *Ozias* ac similia.

Anthia: unde, cur enim non Ammia similiter, aut Obdulia?

Anterus: debuerat verò aspirationem addere, si ab ἀνθηρὸς.

Areopagus, quidni enim Tirinum imitaretur, aut Alvarem, qui vulgarem hâc in voce consuetudinem dicam an potius abusum καὶ βαρβαρισμὸν procul abjecerunt, ut ipse in Chrysoprasus, Elatæ, ac quibusdam aliis prudens imprudensve præstitit.

Argei, *Aristei*, *Azarias*.

Bajocis,

Bajocis, at ſecundam in Bajocaſſes corripuit Auſonius.

Baſilei peſſimè, venit enim à Βασιλίς, non à Βασιλεύς.

Biblidis à Biblides, conſulendus Euſebius, nec ſanè Patronymici hujus terminatio videtur productionem exigere.

Bonitus ſuſpectum cuipiam poterit videri.

Canion meliùs fortè corriperetur.

Calaris in Sardiniâ, ſed unde?

Cenomanos: vulgò tamen corripitur etiam apud ipſos ſeu Ciſalpinos ſeu Tranſalpinos Cenomanos.

Chæreas, at in ſacris paginis (Græca tum Veteris tum Novi Teſtamenti conſule exemplaria) atque apud prophanos ſcriptores penultimam ſola vocalis occupat, adeóque & ipſe corripuerat Auſonius.

Cindei, *Clatei* ac *Cucuſam* valdè ſuſpecta, equidem ſecundam Cucuphatis cum primâ corripuit Prudentius.

Cyrion: aut ſaltem minùs peritè Genitivum ejus Cyrionis ſubinde producendum edicit.

Deus-dedit de quo pluribus infra.

Dorotheæ: in orationibus, ait, longa ſunt Dariæ, Dorotheæ, &c. in ipſis quoque Martyrologii nominibus eamdem Sanctam Virginem cum longis recenſet, quàm verò abſurdè, quis vel cœcus non percipit? an non eadem ejus ac Dorothei ratio, cujus tamen penultimam corripiendam aſſerit.

Droctoveus & *Furſeus* non malè, nam licet magni viri corripere ſoleant, poterunt tamen produci, quia Græcam non ſapiunt originem, peregrinitatiſque notam præferre videntur.

Epiphane minùs cautè, neque enim nominis hujus Græci eadem cenſenda conditio eſt atque barbarorum Uſthazanes, Tigranes, &c.

Epiſtemis: tantiſper ἐπίσχω, donec Græcum codicem conſulam.

Erotheidis,

Erotheidis, venit enim ab Erotheis, quæ ancilla fuiſſe dicitur, ſic & *Euprepidis* ſeu *Euprepitis* ab Euprepis penultimâ brevi, ut Charitis, Iridis, &c.

Euagri, ſive ab Euagrus flectatur, ſive ab Euagrius, eadem quippe utrobique origo ab ἀγὸς.

Euthalia, neque enim à Thaliâ Musâ, quod ſuſpicari nonnulli poſſent, ſed à maſculino Euthalius deſcendit, ut Eulalia, Eumenia, Euſtolia, Eutropia, Emmelia, &c. quas ipſe rectè corripiendas profeſſus eſt, conſulendum Menologium.

Gavalis ſeu *Gabalis*, ſaltem vulgò contrarium ſit Auctoritate Fortunati ac Sidonii propemptico ad Libellum ſeu carmine 34.

Tum terram Gabalûm ſatis nivoſam.

Gurias & *Gorgias* familiaria Tranſmontanis peccata.

Helconidis, *Hieronidis*, *& Leonidis*, ex quo enim capite dicenda produci horum quatuor penultima? Heraclidis fortè impoſuit homini iſtas tricas, ut fit, haud apprimè callenti: At alibi rectè corripuit crementum Erotidis, Rhaïdis, Serapidis, Thebaïdis.

Littei cum ſequentibus *Menei*, *Moſei*, *Narſei* confige obelo, numquid enim Græcè ſaltem Μωσεὺς, Ναρσεὺς, ut de aliis taceam?

Lucia, grandis ſanè larguſque quorumdam in hoc nomine abuſus, an non amabo vox merè Latina? unde ergo inſolens illa in ſimilibus productio? aut ſi ſemel effringendi regularum cancelli, Cur non Ammía, Anaſtaſía, Cæcilía, Leocadía, Natalía, &c.

Maioli unde quæſo? numquid Secundolus, Ferreolus, Marolus, Baſolus, Domnolus, Fidolus, Viventiolus ipſius edicto corripienda? ubi ergo analogia?

Manneas & *Mareas* ſuſpecta. De *Ozias* jam dixi ſæpe quid ſentiam.

Palmyra, docuimus porrò in Elencho noſtro meliùs ex generali regulâ corripi.

Pantaleemonis minùs profectò circumſpecte, ἐλεήμων crementum omninò corripit, ut vel ipſa docere poterat eleëmoſyna.

Papiæ urbis nomen, ait, nam viri corripiendum affirmat, unde? quove privilegio? cur non ergo similiter Anagniæ, Narniæ, Ostiæ, Pamiæ, Signiæ, Venetiæ, &c.

Pausidis, *Photidis*, *Platonidis*, ut minimum dicam, valdè suspecta.

Phileus, at per epsilon Græcè scribitur, quemadmodum & *Thraseas*, quorsum verò ipse *Barbeæ* penultimam corripuit?

Pinyti unde? nec similis ratio est ac Beryti, certè Anytus corripit.

Quod-vult-Deus, est enim vox verè composita, æquè ac beneplacens, Homobonus, circumvolet, venumdari, Transaquis, & similia, quæ tamen curtanda proponit.

Sophonias, *Stacteo*, *Theoprepidis*, *Thomaïdis*, *Tigidis*, *Tropeæ*, atque *Zenaïdis* jam haud semel in similibus vocabulis carbone notata.

Tyanæ, ex Græcis quippe, ipsoque Ovidio manifesti convincitur erroris.

Supereſt ablativus *uncinis* ὄγκοις Græcè, cujus penultimam producit. At in eâ voce Latinâ adeo tritâ ac vulgari peccasse non vulgarem arguit oscitantiam.

Deinde *accersitur* inter communia collocat hac monitione additâ, *usu tamen communiori producitur uti quartæ conjugationis*: quoad usum, viderit ipse, certè hisce in regionibus, ubi major habita semper fuit Emendatæ Pronuntiationis ratio, *accersio* quartæ priscis illis casciſque Latinis relinquitur, ejusdemque conjugationis esse censetur, ac arcesso, capesso, facesso, lacesso.

Tum *Aquileiæ* penultimam attollit, cum tamen vulgò inde usque ad Silii Italici temporibus diphthongus dissolvatur penultimâ correptâ, sic *Sinuessæ* vocem vult esse trisyllabam, nihilominus solet u in vocalem transire, quum pronuntiantur *Sinuessa*, *suadet*, *suavis*, *Suevi*, &c.

Ipse quoque *Anathema* censet usu communiore longari, sed si caput ultimum Judith excipias, ubi penultima

tima ῶ *Anathema oblivionis* à quibuſdam producitur, & habetur Sabbato hebdomadæ quartæ Septembris, nullus eſt in toto Miſſali aut Breviario locus, immò nec in totâ Scripturâ ſanctâ, ſaltem apud vulgatum Interpretem, ubi penultima ῶ *Anathema* non debeat omninò corripi. Vide ergò, quæſo, quos Magiſtros ſequare?

Adde quod *Adonaï* dicat triſyllabum eſſe, non quatuor ſyllabarum, quod ſi ſemel admittas, cur Sadaï, Sinaï, Tolmaï, cur Maria, vel Iſaïas, ſimiliaque diſſolvis Hebræa? Equidem ipſe vult *Caſleu* vocem eſſe triſyllabam, cùm vulgò poſtremæ vocales unam in diphthongum compingantur: conſentiat ergò ipſe ſecum.

---

§ SECUNDUS.

Penultimam malè corripit in plurimis.

A *Cindynus*, docuimus enim alibi apud Homerum, Euripidem, alioſque Græcos κίνδυνος penultimam producere, licet Auſonius penultimam prædicti nominis corripuerit.

Agapitus rectè longis annumerat, malè tamen ſubjungit, *ſed uſus communior habet ut corripiatur penultima*, in Galliâ quidem eruditi omnes Agapitus æquè ac Agapetus producunt, cum ſit par utriuſque origo.

Agathoclia, at eſt Græcè in ſimilibus fœmininis à nomine κλέος non quidem ἀμίσους derivatis diphthongus in penultimâ, quemadmodum & in penultimâ nominis *Antiochia*, ut ipſi quoque Tirones non ignorant, cur enim, amabo, Alexandria, Seleucia, Nicomedia, Samaria, & ſimilia urbium nomina brevibus non æquè ſuccenturiavit?

Ambicus, *Canicus*, & similia de quibus inferiùs suo dicetur ordine, neque enim gemina esse putanda sunt Barbarica illa ac peregrina nomina, cum Classicus, Ponticus, Syncletica, Tychicus, Wandalicus, Zoticus, quæ aliam longè præferunt originem.

Amisi, si à μῖσος malè, ut etiam anisum, si tamen est appellativum.

Andegavi, ita quidem plures, at cur non ut Gandavi, Olavi, Pictavi, &c.

Argymirus Cordubæ passus, quidni enim ut Casimirus, Ramirus, &c.

Aristionis pessimè, nam non minus longum est crementum, quàm Adrionis, Ardalionis, Bessarionis, Galationis, Chronionis, Piperionis, aliorumque ejusmodi, quæ tamen ipse passim producenda asserit.

Batavos, sæpius tamen producitur.

Bellovaci unde? cum dicat Anderlácum, Cameráco, Eboráci, Tornácum, nisi fortè ex trivialibus Lexicographorum quisquiliis. Fateor id quoque inolevisse apud Gallos plerosque: sed quid facias? pluris esse debet eruditus unus, quàm mille ἀκρόσοφοι Calepinocleptæ.

Cartesæ & *Elphegus* unde?

Eobano, at quare non producit, ut Cenomanos, Pomeranis, &c.

Ephpheta, vulgò tamen penultimam attollunt omnes, immò & in ipsis, quæ videre hactenus licuit, Missalibus eadem accentu notatur syllaba, non præcedens, quod idem dicendum arbitror in *Sabbacthani*.

Evorea urbs Epiri, de eâ tamen cogitandum amplius existimo.

Gerasimi & rectè illud quidem: videtur enim eadem esse ejus ratio ac Gelasimi, Onesimi, & similium.

Hermiæ, notanda tamen fuerant Suidæ verba, Τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν agit de Atarnensi Eunucho servo Aristotelis ac discipulo μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ἰῶτα, subditque versum Hipponactis Iambicum εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχον Ἑρμίας.

Majorici

Majorici & *Mappalici*, quorſum enim potiùs ea corripias, quàm Magnerici, aut Mederici, aut ſimilia.

Maſſili ac *Miropis* mihi jure ſuſpecta.

Paraclitus, vetus quidem inter eruditos controverſia, at contra torrentem, præſertim ubi ſcribitur verſus, obniti quis velit? verum plura de hac Gavanti ſententiâ leges cap. 28. Sanreyani opuſculi pag. 167.

Philadelphia, adverſus emendatiſſimos veterum omnium codices Apocalypſeos, Strabonis, Stephani, Euſebii, Conciliorum, &c. Sed pleriſque pluris eſt Calepinus, quàm mille antiqui Scriptores.

Philorhomus vel *Philoromus*, quoquo enim modo ſcribas videtur penultima producenda.

De Polyboto idem quoque non auſim penitus affirmare, licet in eam ſententiam valde ſim proclivus, ſi agatur de nomine proprio: at in Martyrologio quinto Decembris locus eſt Aſiæ, de quo ſic Suidas, Πολύβοτον ἄγομα τόπυ, ἢ τὸ πολλὺς πρέφον ἢ λιπαρόν, rectè ergò inter correpta recenſuit.

Protolicus valdè mihi ſuſpectum, ni ſcribere malis Protolycus. At *Quiricus* & *Rudericus*, quæ ipſe curtanda edicit, certo certiùs extendunt penultimam, ut mirum ſit vel hac de re dubitaſſe hominem hiſce in rebus tantillum verſatum.

De *Sabbathani* jam dictum ſupra.

Sapore quoque inter correcta recenſuit, de quo Suidas Σάπωρις ὁ ἀπὸ Περσῶν βασιλεύς, quem Cedrenus Σαπώρων vel Σαβώριον appellat cum aliis ſcriptoribus Græcis, iſti enim duo ſub manu erant, quum has exararem lineas Avarici Biturigum Cuborum: fraudi haud dubiè Gavanto fuit Genitivus Neſtoris, Nicanoris, Philometoris.

Sycomorus, licet enim, cum profanorum ſcripta leguntur, poſſit corripi, ut *teloneum* produci: quia tamen hoc in ſacris litteris ſemper per nudum ſimplexque iota ſcribitur, illa vero per omega, *Sycomori* penultimam in rebus ſanctis ſemper producam, *telonii* vero ſemper breviabo.

Triphitæ

Triphitæ, cur ergò producit Zanitæ ?

Turonis rectè corripuit, *ſed amabo cur auſus eſt*, ut in Chryſopraſus, Sycomorum, eppheta,-torcular, elatæ, aliiſque nonnullis *vulgatas in Miſſalibus ac Breviarii notas contemnere, an non latam omnibus aperuit feneſtram*, ut deinceps *in imperitam Typographicarum operarum, aut inficeti correctoris ſocordiam omnia iſta Proſodica peccata, quæ libros Eccleſiaſticos ſingulis penè paginis inquinant, meritò conjiciantur* : atque hæc obiter dicta ſunto ; *ſpes enim nobis affulget fore aliquando tempus cum ſummus Pontifex inchoatam in hymnorum emendatione Eccleſiaſtici officii correctionem, quod gloriosè jam præſtitit Urbanus* VIII. *non exactâ ad Lesbiam vulgi imperitorumque regulam, ſed ex doctorum hominum ſenſu reformatâ Pronuntiatione, opus jamdudum ab omnibus expetitum perficiat, abſolvatque.*

Varicus haud malè, videri enim poſſet vox omninò Latina, niſi quod in Africâ paſſus dicitur. At *Victoricus* & *Vitalicus* malè omnino breviantur.

Quod verò omnem ſuperat fidem *Theodulum* quidem inter longa recenſet, Verum imprudenter ſubjungit hæc verba, *ſed communiore loquendi uſu corripitur, quem libentiùs ſequimur* : At enim primò, cur non eumdem, non uſum, ſed abuſum ſequutus eſt in Elatæ, Sophiæ, Chryſopraſus, Turonis, &c. deinde apud quos tamdem prava hæc invaluit conſuetudo? certè apud noſtrates non viget, qui probè ſciunt diphthongum Græcam imperitè tantùm poſſe corripi, ſaltem in voce, quæ Græciæ natales ſuos debeat. Sed hæc pro inſtituto jam plus ſatis, neque enim omnia poſſumus hic exſcribere, quæ contra vulgaris corruptelæ patronos moliti ſumus.

Addenda,

Addenda, Corrigenda.

PAG. 6. Agiographus & Agiomachus aſpiratione carent, non ex meâ, ſed ex imperitorum linguæ Græcæ ſententiâ; quod etiam dictum velim de *Alcyone*, *Aliacmon*, Ecticus, Elucus, Exſtaſis, Fenoles, ac ſimilibus.

Pag. 8. *Ambicus* quemadmodum *Aithalas*, & nonnulla alia longis poterant annumerari, cùm in iis multa ſint arbitraria. Seq. Gnidios ſcribe, & *pag.* 10. angari pro agari, & alibi *Anticyra*, arthriticus, baxeæ, efflagito, eryſipelas, hydria, *Niſibis*, rotundatus, tarichea, talitrum, atque archíater notatâ antepenultimâ.

Pag. 17. *Audomarus*, *Dithmarus*, *Gumarus*, *Heldemarus*, *Hincmarus*, *Launomarus*, *Othmarus*, ſimiliaque in *arus* barbara vocabula quidam malunt producere. Ego in iis à communi pronuntiatione diſcedere nolui: non reluctabor tamen ſi quis protrahere voluerit, imitatus ipſummet Hincmarum de ſe loquentem, Hepidannum monachum, alioſque nonnullos.

Pag. 18. *Baſolus* rectiùs jungetur brevibus, ut *Carolus*, *Ferreolus*, *Fidolus*, *Marolus*, *Querolus*, *Pappolus*, *Secundolus*, &c.

Pag. 22. *Caphareus* ſubſtantivum dicitur penultimam producere, nempe ſi non diſſolvas, ut faciunt Græci. In adjectivo ſemper producenda eſt inter pronuntiandum; eſto in carmine detractâ ſubſtantivâ breviari poſſit.

Pag. 27. Non neſcio Χερυβεὶμ in Græcis codicibus ſcribi, ſed quid contra torrentem brachia jactes, ut in *Debora*, *Sephora*, *Jaſonis*, ac quibuſdam aliis obſervavimus jam olim in Indice S. Scripturæ.

Pag. 32. Corbonam longis annumeravi faventibus Joſepho Judæo, qui κορβανᾶν interpretantur ἄγιον ἀναθημάτων, ſimiliumque apud Græcos nominum analogiâ: *Capronas*,

Capronas, *Mammonas*, *Petronas*, *Samonas*, *Theonas*, &c. quamquam non ignorem in qq. Suidæ & ſancti Chryſoſtomi codicibus in penultimâ reperiri omicron, ſed, ni fallor, mendosè: nam in emendatiſſimo contextu Græco & in quibuſdam Vulgatæ verſionis editionibus, ut apud Maldonatum videre eſt, corbanam ſcribitur non corbonam.

Pag. 43. Elephantiaſim libentiùs produxerim, ut de hoc ſimilibuſque verbalibus à ſecundâ perſonâ præteriti paſſivi verborum in *άω* derivatis memini me alio loco monuiſſe. Verùm foro nonnumquam ſerviendum.

Pag. 53. *Genoſus* fortè meliùs penultimam produxerit, quemadmodum Nonnoſus.

Pag. 69. Logium cùm pectorale gemmatum ſeu rationale ſummi Judæorum Pontificis ſignificat, penultimam protrahit λογεῖον Græcè, quam corripit λόγιον oraculum, reſponſum, aut ſacræ Scripturæ teſtimonium. Vide pluribus Suidam, & quæ ex eo aliiſque de logeo, cùm pulpitum in theatris, ut in Judicum tribunalibus ſuggeſtum ſignificat, magno ſtudio congeſſit Bernardinus Baldus Guaſtallæ Abbas libro de ſignificatione verborum Vitruvianorum.

Pag. 100. Jungeſis ſanctiſſimo Præſuli Aviro eruditiſſimorum ſui temporis Abbatum Alcuini Flacci, ac Lupi Ferrarienſis epiſtolas, ubi de re Proſodicâ magni illi viri tractare ac familiaribus reſpondere non erubeſcunt.

Pag. 116. Tablinum alii producunt quaſi tabulinum, ut figlina ex figulina: verum ut in Elencho noſtro monui aliud ſunt figuli, & aliud tabulæ: attamen ut volueris.

Pag. 133. Adde nominibus in *ON* crementum breviantibus *Aminon* ſeu potiùs *Epaminon*, *Apidones*, *Chavones*, *Echephron*, *Euthyphron*, Nomocanon, *Neophron*, *Theogiton*, & ſi quæ alia.

Addenda

Addenda ex Phil. Labbei analect. Prosod. & Philolog.

A*Bbatia*, penultimam quidam attollunt, alii longe melius deprimunt, nec enim audiendi sunt postremi Calepini consarcinatores, dum eam vocem Gr. per diphthongum Ἀββατείαν scribendum esse pronunciant. Unde enim amabo hoc habent in voce quæ Latii fines nunquam excessit?

Academia penult. corrip. Claudian. in Panegyr. Manlii,

In Latium spretis Academia migrat Athenis.

Sicque apud Nostrates Gallos inter pronuntiandum deprimi solet, at olim Romæ, ut magna suspicio est, protrahebatur, quantum ex sequentibus Ciceronis ejusque Liberti Laureæ Tullii carminibus colligi potest.

Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo.

Lib. 1. de Divinat.

Atque Academiæ celebratam nomine villam.

Plin. Nat. Hist. lib. 31. c. 2.

Λύκειαν, Ακαδήμειαν, ὠδεῖον, πύλας.

Iamb. Alexid. Comic. Sotione referente apud Athenæum, qui tamen sicut & Pausanias semper Ακαδημίαν scribit: cum Stephanus Byzant. ει diphthong. penult. inscribat. vide Diog. Laert. in Platone.

Andreas, penultima brevi pronuntiari debet,

Ἀνδρέα εἶπε Φίλιππος ὁμόπτολις ———

Nonnus cap. 12. suæ in Johan paraphraseως, qui metri necessitate coactus non secus ac cæteri Poetæ ἰῶτα nonnunquam adjunxit penultimæ, ut capite primo.

Ανδρείας ὅθι ναῖεν ὅπη θρασὺς ᾤκεε Σίμων.

Bacchides mediam corripit, quam producit *Bacchidas* quidam Sicyonius in veteri epigrammate quod ex Am-

phione Theſpiæo recitat Athenæus, lib. 14. Deipnoſoph.

Εἰμὶ δὲ Βακχίδας Σικυώνιος ἥρξα δεκῶν.

Decani, qui fuerunt apud veteres recentioreſque docebunt te tum Aſtrologi, tum Meurſius, aliique in Gloſſariis mixobarbaris: nos quantitatem vocis hic duntaxat venamur. Corippus, lib. 3. de laudibus Juſtini Junioris Imperatoris.

Turba Decanorum curſorum in rebus agentum,
Quas partes decimas dixere Decania gentes.

Manilius, lib. 4. Cum vero de hoc nomine Aſtronomico *Decanus*, an Latina vox ſit, an ex Hellade profecta, digladientur inter ſe Grammatici, probabilior mihi videtur Joſephi Scaligeri ſententia, quam aliorum qui à δέκα derivant; ut enim recte Scaliger, qui Græcè & Latinè ſciunt nunquam concedent δεκανὸν Græca analogia deflexum eſſe. Nam ſi verum erat, eadem analogia πεμπανὸν, ἑκτανὸν & ſimilia concederent. Contra vero Militiæ Romanæ ſunt *Primanus*, *Quintanus*, *Decanus*. Reliqua in præſens omitto, ut proprio hujuſce, quam modo tractamus diſciplinæ argumento Scaligeranam opinationem corroborem, ſi enim vere à δέκα, ergo penult. τῦ δεκανὸς corripitur; ſola enim gentilia & propria quæ Romanam ſapiunt inflexionem illud Alpha producunt.

Iphitus, Virgilio, Sophocli, & non ſemel Homero, Odyſſ. 21. penult. corripit. At Iliados β. v. 518. penultimam producit.

Τίτες Ἰφίτε μεγαθύμε Ναυβολίδαο.

Latro, non tantum nomen ſed etiam verbum primam variat. Unde *állatro*, *óblatro*, proferenda ſunt penultima brevi, contra quam auctor Theſ. Linguæ Latinæ, Calepini Conſarcinatores, aliique vulgares Grammatici edixerint. Phædrus Auguſti Libertus extrema Fab. lib. 5. verſum Iambicum hoc participio claudit.

Canem objurgabat; at canis contra latrans.

Cui ego verſui adderem quoque id libens Senarium Prudentii in Romano, quem elegantiſſimus Gifanius

ex tribus veteribus libris sic restituit pro *oblacteraret*,

Nil in Deorum oblatraret dedecus,

Nisi Ecthilpsis τοῦ *um* non servata scrupulum injiceret, quam tamen Obertus aliis Prudentii locis ex veterum, ut ait, Codicum fide appingere non veretur, neque desunt alii Ecclesiastici gravesque Scriptores, qui Phædrum imitati sunt, ut discant eruditi Critici non uni innixam Phædro, quem ad posteriora dejiciunt tempora, nostram esse sententiam. Alcimus,

Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

Sidonius,

Os nigrum telis gravidam circumlatrat ingens.

Festus Avienus,

Circumlatratur ipse pontus maximus.

Victor,

Explorare juvat ventremque explere latrantem.

Julius Scaliger,

Obmurmurabit, oblatrabit, urgebit.

Cui succinit alius pereruditus recentior,

Credatur quoties canis allatrat esse Satelles.

Logium, Gr. λογεῖον, *locus Theatri* super quo Histriones stantes Fabulam recitabant, item *os*, item *Sacerdotis pectorale* in omni significatu in produc. penult. ponendum.

De *Lusimachia* urbe, seu Thracicæ Chersonesi seu Ætoliæ maxima apud Eruditos contentio, an per diphthongum aut solam vocalem penultim. ascribi debeat. illi à Lysimacho dictam volunt, scribuntque λυσιμάχειαν, adstipulantibus Suïda, & Stephano, cujus hæc sunt verba. Λυσιμάχεια πόλις τῆς ἐν Θράκῃ Χερρονήσου ἡ πρότερον καρδία. Hi ab eventu dictam contendunt Λυσιμαχίαν, quia illic finita sit pugna, sive Deorum contra Gigantes, sive Ducum aliorum, ἀπὸ τοῦ λύεσθαι τὴν μάχην, & sane Lusimachiam penult. brevi leges apud Strabonem libro decimo; Ptolemæum, Pausaniam: unde & frequentius corripi solet ab Eruditis.

Lyſimachia, herba, quam Dioſcorides λυσιμάχιον Heſychius λυσιμάχειον βοτάνην appellant, eandem peperit litem; ſatius tamen opinione mea fuerit penult. corripere: Sive ab inventore *Lyſimacho*, ſeu potius quod innuit Plinius ab occulta vi qua *jugo* impoſita *jumentorum aſperitatem cohibet*, nomen illud ſortitum ſit, * quæ omnem ex animis ſcrupulum videntur evellere. [* Sic dixit Labb.

Maiumas, Gr. Μαιυμᾶς, feſtum in honorem Veneris, ſeu *Maiæ* potius, *Maio* menſe celebrari ſolitum, & tandem ob laſciviam, legibus ſublatum, penultimam corripere videtur, vox enim Latina cenſetur Eruditis, quanquam nullius modò Poetæ teſtimonium occurrat in alterutram partem. Eſt etiam Palæſtinæ civitas, Μαιυμᾶ nuncupata. Hujus ego civitatis penultimam tum ob alia, tum ad diſcrimen feſti mox explicati libentius produxerim.

Mammonas, Gr. Μαμμωνᾶς, vox Syriaca, penult. protrahit, ut cætera in ωνᾶς in quo, ejuſque derivato *Mammoneus*, graviter ſanè peccarunt cum ſuo Prudentio Smetius.

Mantinea, urbs Græciæ, ιλ. β. v. 607. penult. corripit, ſed metrica neceſſitate, extrita è diphthongo ſubjunctiva vocali, nam apud *Suidam*, *Strabonem*, hiſtoricoſque Græcos, Μαντίνεια ſcribitur.

Margarita ſeu *Margaritum*, Gr. ὁ Μαργαρίτης, cor. ſecundam, penultimâ productâ, ut etiam *Margarita* ſeu *Margaretha*, *N. P.* Cilnius Mecænas,

Nunc percandida Margarita quæro.

Sic Phædrus, lib. 3. Fab. 12.

Dum quærit eſcam Margaritam repperit.

Nazianzenus penult. male corripit, quem imitatus eſt *Mantuanus*.

Maria, Deiparæ virginis auguſtiſſimum nomen, penultimam paſſim inter pronunciandum attollit, qua de re hoc unum duntaxat monebo apud Nonnum Nazianzenum, cæteroſque Græcos alicujus Nominis, nunquam

mihi

mihi penultimam in Μαείᾳ, aut Μαείαμ, productam occurriſſe.

Martichora ſive *Martiora*, per ο μικρόν ſcribitur apud Cteſiam in excerptis Photianis, Ælian. de animalibus, l. 4. c. 21. Pauſaniam in Bæoticis; in quibus adhæſit Calphurnius hoc verſu,

Mantichoram ſylvis etiam quibus editur alce.

Ariſtoteles autem, Plinius, aliique longe * plures quos Lexica dabunt, *Mantichoram* appellant, & omega penult. aſcribunt, quos equidem ſaltem inter pronunciandum ſemper imitandos cenſeo. [* *Haud ſcio an* plures *citatur* Philoſtratus, *ſed is non ſecus ac* Cteſias *habet* μαρτιχόρα, Pauſanias μαρτιόρα.]

Matrimus & *Patrimus*, recentiorum quorundam autoritate producuntur, à multis licet Julius Scaliger, cap. 93. de cauſſis linguæ Latinæ, & Angel. Politianus, cap. 58. Miſcellaneorum. Joſephus Scaliger Julii F. & poſt eum Becmannus, & alii recentatum *Catulli* verſum obtrudunt ex primo Epigrammate,

Qualecumque: quod, O patrima virgo.

Verum *Patrona* ex veteribus editionibus reponit eruditiſſimus Voſſius de Art. Gram. c. 23. ac figmentum illud Scaligerianum validiſſimis retundit argumentis. Ipſe quod mox didici productioni nihilo ſecius adhæreſcit, hâc nixus ratione quod, quando *timus* vocis productio eſt corripiatur penultima. Ut in *legitimus* à *lege*, *finitimus* à *fine*, &c. quando autem poſterior tantum ſyllaba producit vocem, tum *i* antecedens ſit porrectum, ut in *primus* à *præ* vel *pris*, *bimus* à *bis*, &c. ita à *patrimus* & *matrimus*, à *Patre* & *Matre*. Verum quid ſi olim *patritimus* & *matritimus*, ex quibus per Syncopen *patrimus* & *matrimus*, ut ex *citerrimus*, *citimus*, & *melior* ex *mavelior*? Quid ſi potius dicamus quæ certam originem ab aliquo nomine habent corripi, quæ vero incertam aut ab anno ducta ſunt produci? ad hæc, unde quæſo *quadrimus* & *quimus*? quare perpenſis rite omnibus concludo veterem correptionis ſententiam mihi non videri deſerendam.

Nereis,

Nereis, variat penult. quia Gr. est Νηρηΐς & per Systolen Poetis familiarem Νηρεΐς, [ita Labbeus, sed quid non potius Νηρεΐς, & per Diastolen non minus Poetis familiarem Νηρηΐς? nam Patronymicum est à Νηρεΐς, cujus Gen. est Νηρέος, & Ionice, qua dialecto maxime utuntur Poetæ, Νηρηΐς' dicas autem in prosa *Neréis* potius quam *Néreis* quia habent extra carmen Νηρηΐς, & Attici & Ionici Scriptores, vid. Lucian. Dial. Zephyr. & Not. Herod. lib. 7. c. 191.]

Nerio, Martis uxor, Græc. Νεροίνη, crementum cum duabus prioribus Syllabis contrahit autoritate præcipue Lucinii Imbrici in senariis.

* *Nolo ego Neæram te vocent sed Nerienem.*

[* Citavit hunc versum Lucin. ex Agell. lib. 3. c. 21. ubi plura videas.]

Numitor, vox Latina est, crementumque producit, teste Ovidio, Fast. l. 4.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Plutarch. scribit Νομέτρος, ut hinc videas quæ sit ei fides habenda in nominibus Latinis, quæ Græcè suo modulo descripsit; ut, Νυμᾶς, Κονσοῦλες, Γένυα, &c.

Pachynus, variat penult. apud Græcos, Dionys. versibus 86, & 469. at semper producitur apud Latinos.

Pæon, nomen pedis est *hymni Apollinis & Medici*. *Pæon pes* habet incrementum longam in hoc Terentiani Mauri Scazonte.

Pæona fieri perspicis pedem in fine.

Pæon, hymnus, apud Suïdam, * Παιῶνος τοῦ ὕμνου. Pæon Medicus apud eundem, Παίωνος δὲ Ἰατροῦ. Solon. v. 57.

Ἄλλοι * Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργα ἔχοντες.

Aristoph. Plut. v. 633.

Ἀσκληπίου * Παιῶνος εὐμενοῦς τυχῶν.

[* Ita invenio in libris quas habeo Παιῶνος non Παίωνος ut ut Suïdas monet contra.]

Versus Virg. Æn. 7. v. 769.

Pæoniis revocatum herbis & amore Dianæ.

videtur contra facere. verum in isto versu *Pæoniis* est trisyllabon Molossus. *Pæoniis revo*--- &c. *Pa-*

Papyrus, Latinorum omnium eorumque veterum & classicorum auctoritate producit penultimam, at Antipater corripit. Epigr. l. 6. κεφ. θ. p. 561.

Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον Παπύρῳ.

Sed unus est & Græculus.

Philadelphia, Gr. Φιλαδέλφεια. N. urbis penult. producit. at *Philadelphia*, Gr. Φιλαδελφία, fraternus amor, penult. corripit; utraque vox reperiunda in N. T. altera Apoc. 1. v. 11. altera Rom. 12. 10.

Plemmyris, Gr. Πλημμυρίς, inundatio, variat penult. Οδ. 1. 81. περιηγ, 202.

Polyhymnia, Nomen unius è Musis, multiplex reperitur apud Græcos; dicitur enim Πολύμνια, Πολύμνεια, Πολυμνηΐα, ut ex Scholiaste Hesiodi, Phornuto, Suïda, aliisque, colligi potest.

Porphyrogennetus, [si quis est cui non satisfecerunt quæ dicta fuerunt de hac in Catholicis Indicibus, adeat Analecta Prosodica, ubi plura quam hic libet transcribere, neque enim tanti videntur.]

Presbyter, penult. corripit quam πρεσβύτης producit.

Psimythus, corrip. penult. Lucil. Ep. l. 2. κεφ. θ. p. 196.

Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ελένην.

at Eubulus apud Athen. lib. 15. produc. secundam in *Psimmythium*,

Ἔιξασι πολιαῖς ἀνάπλεω ψιμμυθίου.

ideoque non temere damnandus versus quem citat ex Marcello Smetius,

Sandice, & creta, psimmytho, pumice, gypso.

* *Rumpotinæ*, (* quod male scribitur *rumponitæ* in Ind. Cathol.) vites & arbores, penultimam mihi corripere videntur contra quam definiat auctor Thesauri L. L.

Runcinam, runcationis præsidem Deam, & *runcinam instrumentum fabrile*, cum auctore Thes. L. L. Calepino, Gulone, & aliis penultimâ longâ pronuncio, licet veterum desideretur exemplum.

Sandyx, crementum producit apud Græcos Latinosque, Propertium, Marcellum, Scaligerum, & alios; Gratius

tius tamen ausus est canere etiam fœminino genere in mascul. mutato.

Interdum Libyco fucantur Sandyce pennæ.

Sandix, olus sylvestre, crementum producit; ut patet ex Senario apud Suïdam.

Σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος.

Santo, crementum corripit; Lucano, Juvenale, Ausonio, aliisque auctoribus, ex quibus censet Alvares corrigendos Ptolemæum, Stephanum aliosque Græcos qui scribunt per omega, quemadmodum & *Senones*, & similes Galliæ populos.

Sapores, inter corripient. penultimam male recensuit Gavantus. De quo Suïdas, Σάπωρις ὁ τῶν Περσῶν Βασιλεύς, quem Cedrenus Σαπώρην vel Σαβώριον appellat, cum aliis Scriptoribus Græcis.

Satanas, apud Latinos à quibusdam, penultimâ productâ, profertur, reclamante nequicquam vulgari etiam doctissimorum nostri hominum consuetudine: ipsis haud dubie favet analogia nominum propriorum, Pan, Pæan, Brachman, Titan, necnon Mantuanus hoc versu,

Tum demum infernis vastanda Satanibus ora.

[Apud Hebræos etiam scribitur שָׂטָן longa vocali Syr. שָׂטָנָא] at Gregor. Nazianz. communem pronunciationem, haud parum firmat, dum ultimam *Satan* corripit, & è recentiori,

Πρῶτος ὑπόδρα ἰδὼν Σατανᾶς βροτολοιγὸς ἀπηνής.

cui ex Latinis Poetis etiam antiquioribus plures addere possem, sed unus prodeat. S. Paulinus tum alibi, tum natali Octavo, in S. Felicem,

Pestiferis Satanæ legionibus imperitare.

Secretus penult. producit. nihilominus in recentiorum Græcorum scriptis vidi Σέκρετος· atque hinc patet quod, in Latinarum vocum dimensionibus dijudicandis, non sunt idonei judices posteriores illi Græci.

Sibastea

Sibaſtea, ſeu *Sebaſtia*, producit penultimam, Σεβάστεια Euſtathio in commentar. ad περιήγ. Dionyſii: Notanda tamen Stephani verba, Σεβαστὴ πόλις Ἀρμενίας ἡ νῦν Σεβαστία καλεῖται, niſi forte quis mendum ſuſpicetur aut argutari velit, Urbem illam non à nomine aliquo proprio, ſed ab adjectivo vocatam eſſe. Libentius tamen ut monui produxerim, præſertim, cum Sebaſtea ſcribetur.

* *Sibillam*, ſeu *Sybillam*, [* ſcribi fortaſſe oportuit *Sibyllam*:] paſſim derivant ex Æolico Σιὸς βυλή quaſi *conſilium Dei*, ego vocem Latinam arbitror, quod vel ejus derivatum Sibyllinus penultima longa demonſtrat, quod Sibyllini monuere verſus.

Sicanus, modo utramque producit, ut Auſon. Eidul. 11. modo primam corripit, ſecundâ longâ, Virg. Eclog. 10. & alibi modo primâ productâ, ſecundam corripit (quod nunquam faciendum in proſa, cum quid pronunciandum erit) apud Silium non ſemel.

Sidon, urbs Phœniciæ, crementum variat apud Latin. quod pauci norunt, ſcribitur enim tum per ω, tum per ο, vid. Steph. & Dionyſii Scholiaſt. ad ver. 117. ipſe Dionyſ. cor. v. 912. quem ex Latinis imitatus eſt Silius Italicus, lib. 8.

Βίλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδόνα ἀνδεμόεσσαν.

Monui alibi inter pronunciandum, attollendum eſſe crementum illud, quamvis vix damnare auſim qui corripuerit tot ſubnexum firmamentis. Neque ſane omittendum, quod à nemine, ut pleraque alia hactenus, obſervatum, memini Σιδόνες pro Sidonii poſitos primam corripere; ait quidem Stephanus, ἀλλὰ καὶ Σιδὼν ἐθνικόν, Sed de quantitate nihil, eam vero elicio ex Homero, ιλ. ψ. v. 745.

Πολλὸν, ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλον εὖ ἤσκηπαν.

Tyrios porro Phœnices illos eſſe decet verſus ſequens qui ſic incipit,

Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες, &c.

At nemo Homerum hâc in parte ſecutus eſt ; Nam & Valerius Flaccus Sidon, viri nomen, produxit.

Sophia, ſapientia, nomenque *uxoris Juſtini* II. Græcorum Imperatorum, penultimam corripit ſæpius, ſaltem inter pronuntiandum id fieri ſemper poſtulat Analogia ; non ignoro tamen eandem penultimam productam fuiſſe ab autore Syringis apud Theocrit. Nonno, Prudentio & quibuſdam Latinis haud magnæ autoritatis, quorum verſus deſcribere non eſt operæ pretium.

Sublacum, oppidum prope Anienis fontem, ſecundam videtur corripere, licet Itali vulgo penultimam attollant.

Symplegas, producit penult.

Tablinum, ſi auctorem Theſaur. L. L. & Calepinum audias, penultimam producit, quam alii corripiendam cenſent, licet enim Tablinum ex Tabulino, ſicut figlina à figulina dictum ſit ; aliud tamen ſunt *figuli*, & aliud *tabulæ* ; donec ergo idonei alicujus Poetæ teſtimonium proferatur, ut volueris, per me licet.

Tanager, Lucaniæ Fl. penultimam corripere docet non ſolum Angel. Politian. adverſus Mantuan. qui non bene produxit, cum *Tanagrus* in ejus locum ſubrogari potuiſſet ; Sed etiam Sophilus apud Athenæum.

Πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γὰρ ἵν' ὀκνῶ κατακλιθείς.

Tantidem penultimam producit, neque Varro Eumenidibus apud Nonium in *miras* corripuit.

Hoſpes, quid miras nummos curare Serapim,
Quid quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.

Legendum enim diviſim * *tanti idem* non *tantidem* ; recte Ennius,

Tantidem ſine fata canis ſine dentibu' latrat.

[* Ita Labb. & addit, id eſt, *tanto pretio idem* curare ſoleat aut poſſit vulgaris aliquis Medicus. Sed talis lectio & interpretatio, ni fallor, facit *idem* eſſe maſculini generis, & tum neceſſe eſt ut prior ſyllaba ſit longa : mallem dicere *tantidem* penultimam variare. ubi longa eſt,

ii

ii duæ vocales contrahuntur in unam. ubi brevis eſt, altera eliditur.]

Taprobane longe melius corripitur, Ovid. Eleg. 6. de Ponto. Dion. περιήγ. 593. at vero Alexander quidam Lychnus vetus Scriptor apud Steph. ſic canit,

Νῆσος πετρήπλοκος, ἀλιστέφανος Ταπροβάνη.

Tarichea, Judeæ civitas penultimam corripit, ut docet, apud Stephanum, Joſephus, &c. Verba Stephani hæc ſunt, ἔστι δὲ Ταριχέα καὶ ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς, λεγομένη πόλις Ἰουδαίας ὡς Ἰώσηπος—— καὶ ταριχεία (i. e. conditura piſcium ſeu ſalſura) τὸ πρᾶγμα.

Telonium, penult. brevi pronuntiandum, teloneum long. hoc enim Gr. τελώνειον illud τελώνιον.

Terginum, lorum ex crudo corio, penult. corrip. ſic *ſuadet analogia [* imo vero potius contra ſuadet analogia, eſt enim Latina vox, & Theſaur. L. L. profert penult. prod.]

Terinæ, Inſ. penult. breviant Lexica. Tu adi Stephanum, apud quem Lycophron.

Αἴγειαν δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυδλώσεται.

Themiſcyra, urbs, penult. producit. Apoll. 2. Argon.

Ἔνθα Θεμισκύρειαι Ἀμάζονες ὥπλίζοντο.

Thermodon, penult. product. Gr. enim ſcribitur Θερμώδων per omega ſemper, per omicron nunquam, male protulit hunc verſum ex Virgilio Smetius,

Quales Threïciæ cum flumina Thermodoontis.

Oportuit enim illum ſcripſiſſe *Thermodontis.*

Thermopoto, niſi fallor, breviat penult. quamvis Theſ. L. L. attollat, ac ſi eſſet vox hybrida, ex Gr. θερμὸς, & poto, as, conflata.

Theſpia, in ſing. penult. producit apud Homer. ιλ. B. inſertâ alterâ vocali, in pl. enim ſcribitur Θεσπιαὶ, in ſing. Θέσπεια.

Docet Voſſius in Genitivis *ſolius*, *utrius*, & *alterutrius*, multo ſatius produci penultimam etſi id vulgo, ut ait,

negligi ſoleat etiam à præſtantiſſimis viris in *Germania utique*, inquit *Labbeus*, *non* in Gallia, addam & ego *nec in Anglia*.

Quod ad vocativos ſecundæ ſpectat, audi * *Gellium* (* ſic enim libuit illi vocari non *Agellium*) lib. 13. Noctium Atticarum, cap. 24. *Si quis nunc* Valerium *appellans in vocandi caſu acuerit primam, non abierit quin rideatur.* Illudque præterea obſerva in verſibus iſtis Horatii,

Mercuri facunde, nepos Atlantis, Et:
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

attollendam eſſe antepenultimam *Mercuri*, *Virgili*, non vero, quod in proſa faciendum eſt, penultimam acuendam.

Alia ADDENDA.

AB, AC, &c.

Producunt Penultimam

Abderitanus, *Abelis*, G. ab *Abel*; ita Smetius ex Prudent. & *Abelus* ex Cypriano; at ratio ſuadet contra, nam Græcè eſt Ἄβελ, & Hebr. הֶבֶל in utraque lingua brevi vocali. *Abeſſalon*, ita ex Prudentio citat Smet. *Solus Abeſſalon.* Indices Cathol. numerant inter corrip. penult. & legunt *Abeſſalom.* Abſitis à ſum, æſculetum, *Agathonus*, *Agnieus* triſyllabon, Gr. Ἀγγιεύς. Hor. Carm. 4. Od. 6.

Corripiunt Penultimam

Abathos. J. C. *Abatos*, *Acænitus*, *Ædila*, *Ædilus*, *Aerope* J. C. male habent inter Appellativa, *Agamemnonius*, *Aganippidos*, G. ab *Aganippis*, *Agenorëus* adj.

AL

Producunt Penultimam

Alphenus, N. viri. Hor. Sat. 1. 3. 130. pro quo Labb. habet *Alfenus*, *Altinas*, *atis.*

Corripiunt Penultimam

Alimus male ponitur à Labb. inter prod. penult. ſi recte Priſcianus apud Smetium,

Gignitur hic alimus quam ſi quis mordeat herbam,

&

& tamen si sit ab *a* privat. & λιμός, *fames*, producit penult. nam ita λιμός. ιλ. τ. 166.

A M

Producunt Penultimam

Amerinus, amico, as. Stat. *Amphiaraëus* adj. *Amphiarãus*, *Amphiramus*, *Amphisa* urbs, *Amphisebena* al. *Amphisbæna*.

Corripiunt Penultimam

Amphimedon, *Amphitryoniades*, *Amphrysius*.

A N

Producunt Penultimam

Ananias prod. penultimam apud Arator. Occidit infelix *Ananias*, & ita legunt noſtrates Theologi, licet Indices Cathol. indicent contra. *Anchiſeus* pro quo J. C. *Anchiſeus* quaſi eſſet triſyllabon. *Androgeonëus* adj. *Anigrus*. N. Fl. *Fundit Anigrus aquas*, at aliter forte in ſoluta oratione, ut Labb. vult *Anienis*, G. ab *Anien*, anguinus.

Corripiunt Penultimam

Anabathrum, licet enim produc. penult. Juven. Sat. 7. 46. Corrip. tamen Sophocl. Ajac. 871.

——— ὦ Πατρῶον ἑστίας βάθρον.

J. C. pro anabathra habent anabatha, *Anagnia*, analectides, annotinus, unde veniat quidve ſignificet, corrip. penult. ita Labb. at aliter Autor Theſ. L. L. annotinus ab annona, penult. corrip. at ab anno, annotinus, penult. prod. at quid ita; cum ab hoc anno ſit hornotinus? *Antenorëus* adject. *Antenorides*, anthema.

D

Debora, ita ſcribunt Latini. LXX. Edit. Londini, Δεββῶρα. Baſileæ, Δεβόρρα. Hebr. דְּבוֹרָה & tamen noſtrates Sacerdotes in Eccleſiis noſtris, dum legunt S.S. Anglicè verſas Anglicano populo, ſemper dicunt *Débora* nunquam *Debóra*, quid ni? quando dicunt etiam aúditor non audítor, órator non orátor, súcceſſor non ſuccéſſor, aliter autem opinor loquuntur, quando loquuntur Latinè.

R

Rétinus à *Rete* vulgo dicitur, ut aiunt, inter doctos, antepenultimâ acutâ; videant, an recte. vox enim, vix licet Latina, haud alia tamen eſt, quam Latina, atque ut à *mare marinus*, quid non itidem à *rete retinus*, penultimâ acutâ? Uſus inquis, obſtat. Agnoſco & obmuteſco; verum audax vir erat, qui primus aliter protulit; nam vox nova eſt, pro qua veteres dixerunt *Reticulatus*. Plin. lib. 36. c. 22. non procul à fine. *Dictyotheton*, al. *Dictyoten vocant* reticulatam *ſtructuram*.

S

Sabachthani, Matth. xxvii. 46. nonnulli elevant antepenult. nonnulli penultimam; his magis favet vox Hebræa עֲזַבְתָּנִי in cujus penultima non ſolum eſt longa vocalis, ſed & accentus. *Cætera deſiderantur.*

BOOKS Printed for *Robert Clavel*, at the *Peacock* in St. *Paul's* Church-yard.

ARistophanis Comœdiæ duæ, Plutus & Nubes, cum Scholiis Græcis Antiquis, quibus adjiciuntur Notæ quædam, simul cum gemino Indice in usum studiosæ Juventutis.

Johannis Clerici, Ars Critica, &c.

Horace, Lucius Florus,
Juvenal, Justin, Tullii
Orationes,
} *in usum Delphini.*

Pantheon: Representing the Fabulous Histories of the Heathen Gods and most illustrious Heroes, in a Familiar Dialogue, for the use of Schools, adorned with Cuts.

Fundamenta Grammatices, or the Foundation of the Latin Tongue, *&c.* The Third Edition.

Smith's Rhetorick unveil'd. The Sixth Edition.

Senecæ, with *Farnaby's* Notes. *Cheap sort.*

Veteres Poetæ citati ad Petri Labbei *de Ancipitum Græcarum Vocalium in prioribus Syllabis Mensura (ubi confirmanda est) confirmandum Sententiam, necnon ad indicandum quibus Vocibus liceat corripere vocalem longam ante alteram in eadem dictione. Opera & Cura* Edwardi Leeds, *in Schola* Burienſi, *&c.*